1805

LEXICI
IN
INTERPRETES GRAECOS VET. TEST.
MAXIME
SCRIPTORES APOCRYPHOS SPICILEGIVM.

POST BIELIVM ET SCHLEVSNERVM

CONGESSIT ET EDIDIT
CAROLVS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER
ORDINIS PHILOSOPH. IN ACADEMIA VITEBERGENSI
ADIVNCTVS ORDINAR.

LIPSIAE
SVMTIBVS LEBRECHT CRVSII
MDCCCV.

VIRO

SVMME VENERANDO

MAGNIFICO

EXCELLENTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

CAROLO CHRISTIANO TITTMANNO

S. THEOLOGIAE DOCTORI, SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE IN SENATV ECCLESIASTICO ET CONSISTORIO SVPREMO CONSILIARIO, PASTORI ET SVPERINTENDENTI DRESDENSI

HVNC LIBRVM

PIETATIS

ATQVE

SVMMAE REVERENTIAE

DECLARANDAE CAVSA

INSCRIPSIT

ADDICTISSIMVS DEVOTISSIMVSQVE CVLTOR

CAROLVS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

Quum quae praefanda viderentur, in sequentibus vberius sint exposita, vnum superest, de quo monere volebam Lectorem doctum, et inprimis Iudices huius libri, hoc, vt in judicio de hoc spicilegio ferendo placeat illis, librum cum *Bielii* thesauro et Spicilegiis *Schleusneri* vbique conferre, neque illum per se absque illa comparatione considerare. Plura igitur si inuenient, quae nota satis, neque quae probentur aut moneantur digna videantur, cogitent, quaeso, haec in *Bielii* opere vel prorsus deesse, vel nullis comprobata esse exemplis idoneis. Quae vero e profanis adscripta sunt libris, illis Lectorem doctum atque in lectione profanorum vsu exercitatum facile potuisse supersedere, non quidem nego; attamen omittere nolui, et vt consulerem minus peritis, quorum

maxima

maxima ſemper eſt pars, et vt ſequerer rationem optimis Lexicographis probatam. Quod denique ſaepius adpoſui loca librorum de Maccabaeis, vbi vocabulum quoddam, quod in aliis libris rarius legeretur, iterum occurreret, id propterea factum eſt, quod illi libri in Concordantiis cum *Trommii* tum *Kircheri* negligentius ſunt collati, magni vero interdum refert ſcire, qua ratione verbo aliquo, liceat per ſe non obſcuro, illorum librorum auctores fuerint vſi. Scribebam Vitebergae d. 1 Febr. MDCCCV.

L.

L. B.
S.

Ioannis Christiani Bielii [1]), Past. quondam ad D. Vlric. et Ioann. Brunswic., *Nouus Thesaurus Philologicus*, siue *Lexicon in LXX et alios interpretes et scriptores apocryphos Veteris Testamenti*, post auctoris mortem ab E. H. *Mutzenbecher*, V. D. M. Eccl. Luther. Haganae, tribus partibus editus, nunc quidem Viris doctis ita est notus, vt de operis praestantia et vtilitate exponere aeque superfluum foret, ac indolem libri et oeconomiam [2]) pluribus describere. Neque videmur nobis ii, qui laudibus, quas ille Vir summae eruditionis et diligentiae longe meruit, vano nixu aliquid addere vel impia manu detrahere possint. Ipsi enim, experientia, cum hoc exiguum colligeremus specimen, satis edocti, quantae molis sit eiusmodi librum, qui in colligendis va-

[1]) Breuem de vita et scriptis *Bielii* narrationem dedit *Mutzenbecker* in praefatione Thesauro praefixa, p. XIX sqq.

[2]) Quae ad indolem et historiam Thesauri pertinent, breuiter exposita leguntur in praef. p. IX sqq.

variorum Veteris Teſt. interpretum graecorum, et librorum apocryphorum vocabulis, eorumque notionibus definiendis et inuicem comparandis verſetur, componere: non miramur, multas verborum ſingulorum ſignificationes non ſolum, ſed etiam integra verba *Bielii* ſollertiam ſubterfugiſſe. Qui enim, quae *Bielius* praeſtiterit, quaeque praeſtanda adhuc reſtent, ſatis cognita habet, is minime accuſabit nos immodeſtiae, ſi libere profitemur, hoc *Bielii* opus, quanquam praeclarum, tamen non eſſe omnibus numeris abſolutum; imo, quoniam plura vel non commode diſpoſita, vel non ſatis ſubtiliter explicata, multaque, quae notanda fuiſſent, adhuc praetermiſſa et neglecta ſunt, opus ſat graue atque arduum futuro huius Theſauri editori, ſiue potius emendatori, relictum eſſe. Quo in judicio ne quid temere dixiſſe videar Lectori docto, prouoco ad judicia S. V. *Schleusneri* in Prologo, Tomo primo Spicilegiorum praefixo, et beati *Doederleinii* in recenſione Theſauri *Bielii*, quae legitur in eiusd. Bibliotheca theolog. Vol. I. p. 1-25.

Illo enim quo ſcriberet *Bielius* [3]) tempore ſtudium literarium V. T. non quidem langueſcebat, tamen ingreſſum erat juuenilem modo aetatem, dum Viri illius aeui doctiſſimi de V. T. librorum cognitione colligendo et parando potiſſimum mererentur et relinquerent poſteris, ea, quae collegerant, disponenda, digerenda, altiusque perducenda. Quod ſi enim noſtris *Bielius* temporibus egregium con-

[3]) Obiit anno 45 ſeculi praeteriti. Vid. *Mutzenbecher* l. l. p. XXII.

confeciſſet opus, iisque, quae a tot et tantis Viris egregiis in libris Veteris Teſtamenti illuſtrandis exponendisque, vt in caſtigandis graecis Veteris Teſtam. interpretibus atque emendandis praeſtita ſunt, potuiſſet vti: profecto aliud longeque perfectius prodiiſſet eius opus. Quis enim ignoret quantum praeſtitum ſit noſtra aetate cum in explicando et caſtigando textu hebraeo Veteris Teſtamenti, tum vero etiam in emendandis graecis Veteris Teſtamenti interpretibus, iisque edendis et expurgandis? Quorum, qui in hac re ſummas meruerunt laudes, Virorum doctorum ſtudia et nomina hoc loco commemorare ſuperfluum eſſet [4]), quum cuiuis literarum perito nomina illa ſplendidiſſima S. V. *Schleusneri* [5]), *Ammonis, Fiſcheri, Spohnii, Seemülleri, Holmeſii* aliorumque ſatis ſint nota.

Neque vero illa, quauis diligentia et quouis interpretum ſtudio digna, codicis graeci Veteris Teſtamenti pars, quae libros apocryphos continet, inculta jacuit, quum potius hi quoque libri, — quae eſt laus atque decus noſtrae aetatis — a Viris longe doctiſſimis meritiſſimisque majori ſtudio fuerint illuſtrati, caſtigati, et interpreti noui Teſtamenti quam maxime commendati. Quorum

 qui-

---

[4]) Catalogum eorum videſis in *Fabricii* bibliotheca graeca, Vol. III. p. 658 ſqq. (cura Harleſii, Hamb. 1793. 4.)

[5]) Praeter alia eius ſcripta huc potiſſimum pertinent eius programmata, quae edere nuper incepit: *Sylloges emendationum conjecturalium in verſiones graecas Vet. Teſt.* P. I-VI. *Viteb.* 1799-1804. 4. et eiusdem Curae Hexaplares in *Bibliotheca Goetting.* Vol. I.

quidem nomina et ſcripta, quippe proxime ad noſtrum librum ſpectantia hic recenſere liceat. Antiquiores horum librorum interpretes et editores, vt etiam recentiores ex aliqua parte, laudati ſunt a *Fabricio* in *biblioth. graeca* Vol. III. cap. XIV. p. 718. ed. *Harles*.

Primum igitur locum teneant illi, qui omnes libros apocryphos Vet. Teſt. vel illuſtrarunt, vel ediderunt, vel germanico idiomati reddiderunt; quorum quidem princeps ſtatim commemorandus eſt Ill. *Eichhornius*:

I. G. Eichorn Einleitung in die apocryphiſchen Schriften des alten Teſtaments. Lipſ. 1795. 8. de cuius operis dignitate aliquid dicere, prorſus ſuperfluum eſſet. Deinde

I. Fr. Schleusner Lexici in Interpretes graecos veteris Teſtamenti maxime Scriptores apocryphos ſpicilegium I. Lipſ. 1784. 8. Spicileg. II. ibid. 1786. 8. quibus in libris, ſumma doctrina et ſubtilitate ſcriptis, permulta librr. apocryph. loca tam egregie illuſtrauit, vt nemo, qui doctam horum librorum ſibi comparare cupiat cognitionem, Illius obſeruationibus ſuperſedere poſſit.

Bened. Bendtſen Specimen exercitationum criticarum in Vet. Teſt. libros apocryphos e ſcriptis Patrum et Verſionibus antiquis. Goettingae 1789. 8. Libellus critico interpreti vtiliſſimus, qui, vt auctor hanc rem pluribus velit perſequi, in quouis harum literarum amante excitauit deſiderium.

Chr. Th. Kuinoel obſeruationes ad N. T. ex libris apocryphis Vet. Teſtamenti. Lipſ. 1794. 8. Multa

ta librr. app. loca egregie illustrauit auctor. — Addendi sunt his et *Ienichen*, *Millies* et *Frisch*, qui, suo quisque modo, quae ad noui Testamenti interpretationem e libris app. peti possint, docere studuerunt.

I. God. Ienichen diss. (praes. *F. V. Reinhardo*) de petenda rerum quas libri Noui Test. continent e Libris V. Test. apocryphis illustratione. Viteb. 1787. 4.

Frisch, Vergleichung zwischen den Ideen, welche in den Apocryphen des alt. Test. und den Schriften des neuen Testaments über Auferstehung, Gericht und Unsterblichkeit herrschen. Commentatio inserta *Eichhornii* allgemein. Biblioth. der bibl. Lit. Tom. IV. P. IV.

Henr. Chr. Millies differt. philologico-hermeneutica de vsu librorum veteris Testamenti apocryphorum in noui Test. interpretatione. Hal. 1802. 8. Quibuscum conferenda est commentatio *Schulzii:*

I. D. Schulze Ueber die Beweggründe zur Tugend im alten Testament und in den apocryphisch. Büchern desselben. In *Henke's* Magaz. etc. Vol. VI. Pt. 1. p. 40-86.

Editionem criticam omnium librorum apocryph. V. T. curauit nuper S. V. *Augusti*, cuius autem consilium non fuit, vt omnia quae ad rem criticam pertinerent, colligeret, pertractaret, atque exhiberet; sed vt desiderio illorum satisfaceret, qui editionem minorem et breuiorem optarent. Quo factum est, vt, quanquam ille permulta praeclare emendauit, recentiorum castigationes diligenter collegit, ipseque multum curae criticae illis libris im-

impendit, multum tamen operis ſit relictum futuro editori, qui et ea, quae codicum nondum collatorum multitudo praebeat, et quae e patribus Eccleſiae hauriri poſſint, et denique quae veteres Interpretes ſuppeditent, diligenter colligere debet. Prodiit vero liber ita inſcriptus:

Libri veteris Teſtamenti apocryphi. Textum recognouit et variarum lectionum delectum adjecit *Io. Chr. Guil. Auguſti. Lipſ.* 1804. 8.

Verſiones germanicas librr. apocr. in lucem ediderunt *Dereſer* et Anonymus:

Die heilige Schrift des Alt. Teſt. zweiten Theiles dritten Bandes erſte Hälfte, welche die Bücher Tobias, Iudith und Eſther enthält. Auf Befehl *Rupert* des II., Abts des Fürſtl. Hochſtifts Kempten zum Nutzen und Gebrauch der hochfürſtl. Unterthanen, herausgegeben von Dominic. *von Brentano*, fortgeſetzt von Thaddaeus *Dereſer*. Francf. ad M. 1803. 8. — Hic liber, quanquam indoctis ſcriptus videatur, tamen docto quoque interpreti vtilis erit cum ob praefationes ſingulis libris praefixas, tum ob criticas et exegeticas animaduerſiones verſioni ſubjectas. Nil noui autem, at tamen quaedam quibus commendetur, inſunt alteri verſioni:

Die Apocryphen des alt. Teſt. mit vollſtändigen Anmerkungen; zu einem Anhange des *Hezel'ſchen* Bibelwerks. II Part. Lemgou. 1800. 1802. 8.

Iam vero ſequantur ii, qui ſingulos libros illuſtrarunt; quo prima pertinet *Trendelenburgii* commentatio in *tertium Esdrae librum*, quem par-

partim ex hebraeo Esdrae libro, partim e Chronicorum secundo haustum esse, docuit. Inserta legitur illius commentatio *Eichhornii* Bibliothecae, Vol. I. p. 178. vnde eam transscripsit *Eichhornius* in introd. in librr. app. vet. Test.

In *Tobiae* historiam praeter *Eichhornium* (Ueber das Buch Tobias. In eiusd. Biblioth. Vol. II. Pt. 3.), et *Hoepfnerum* (Historia Tobiae graece. Textum ad fidem codicum emendauit et illustrauit *I. G. Hoefner*. Specim. I. Viteb. 1802. 4.) inprimis commentatus est *C. Dav. Ilgen*, die Geschichte des Tobias nach drey verschiedenen Originalien, dem griechischen, dem lateinischen des Hieronymus und einem syrischen übersetzt, und mit Anmerkungen und Einleitung von *C. D. Illgen*. Ienae 1800. 8.

Libri Sapientiae interpretes hi fuerunt:

Io. Melch. Faber prolusiones VI. super libro Sapientiae. Onoldi 1776, 77. et 1786, 87. 4. Disputauit aduersus eius sententiam de auctore libri *Hasse* in: Magazin für die biblisch-orientalische Literatur und gesammte Philologie. pt. 1. (Regiom. et Lips. 1788. 8.)

Io. Frid. Kleuker Salomonische Denkwürdigkeiten. Als Anhang das Buch der Weisheit übersetzt und erläutert. Rigae 1785. 8.

Iac. Wallenius Salomo's Vishet, oefversatt ifran Grekiskan, med bisogade philologiska och kritiska Anmerkinger. Gryphisw. 1786. 4.

Eiusdem Annotationes philologico-criticae in librum, qui inscribitur Σοφια Σαλμωνος. ibid. 1786. 4.

I.

I. G. Hasse, Salomo's Weisheit, neu übersetzt mit Anmerkungen und Untersuchungen. Ien. 1786. 8.

I. C. C. Nachtigal das Buch der Weisheit. Halae 1799. 8.

Ob das Buch der Weisheit originalgriechisch sey? Commentatio in Magazin für bibl. und oriental. Literatur Part. I.

Ueber die moralische Anwendung und Ausschmückung der hebräischen Geschichte im Buche der Weisheit; commentatio in *Eichhorn.* allgem. Biblioth. Vol. IX. p. 944.

Dan. Salthenius diss. de auctore libri Sapientiae Philone potius Alexandrino, quam seniore. Regiom. 1739. 4.

Grimm commentatio: Etwas von der alexandrinischen Philosophie und deren Spuren im Buche d. Weisheit. Annaemont. 1773. 4.

Iac. Brucker de Vestigiis philosophiae alexandrinae in libro Sapientiae. Commentatio inserta Miscellan. Berolinens. T. VI. p. 150.

His addere licet nostras tres disputationes: de libri Sapientiae parte priore cap. I-XI. e duobus libellis diuersis conflata. Vitebergae 1804. III Partes, 4.

Ad librum Sapientiae et Siracidae pertinet commentatio: Ist Logos und Sophia im Buch der Weisheit und im Sirach ein für sich bestehendes Subject? Im neuen theol. Journ. Vol. IX. p. 248. — et *Vlric. Andr. Rohde*, de veterum poëtarum sapientia gnomica Hebraeorum inprimis et Graecorum. Hauniae 1800. 8. — liber, selectis obserua-

nationibus refertus, quique de libro Sap. p. 232 ſqq. de Siracide autem p. 177 - 196, agit.

Super *Sapientia Siracidae* ſcripſerunt hi:

Tetens disquiſitiones general. in Sapientiam Ieſu Siracidis. Hauniae 1779. 8. Contendit, Siracidem in diſponendis praeceptis ſequutum eſſe ordinem decalogi.

(*And. I. Onymus*) Die Weisheit Ieſus Sirachs Sohn, aus dem Griechiſchen mit erläuternden Anmerkungen. Würceb. 1786. 8.

C. G. Sonntag, commentatio de Ieſu Siracidae Eccleſiaſtico non libro, ſed libri farragine. Rigae 1792. 4. Inprimis de hoc libro optime meruit *Linde*:

I. Guil. Linde Glaubens- und Sittenlehre Ieſu des Sohns Sirach. Neu überſetzt und mit erläuternden Anmerkungen ed. 2. Lipſ. 1795. 8. et *Eiusdem* Sententiae Ieſu Siracidae graece. Textum ad fidem codd. et verſionum emendauit et illuſtrauit. Gedani 1795. 8.

Fr. Chr. Zange, die Denkſprüche Jeſus des Sohns Sirach, ein Lehr- und Leſebuch für Leſer aus allen Ständen, beſonders für Schulen, aufs neue überſetzt, und mit erläuternden Anmerkk. verſehen. Arnſt. 1797. 8. Non omnia vertit auctor, neque illa eo, quo in textu graeco leguntur, ordine dedit; ſed ſingula Siracidae ἀποφθέγματα ita collegit, vt, quae ad quoddam caput vel titulum pertinerent, conjungerentur.

M. E. G. Bengel commentatio: Ueber die muthmaſsliche Quelle der alten lateiniſchen Ueberſetzung

setzung des Buches Sirach. In *Eichhornii* allg. Biblioth. Vol. VII. Pt. 5.

Hess Geschichte des Reichs Juda nach dem Exil, Vol. II. p. 134. vbi delineationem dogmatum Siracidae ad religionem pertinentium habes. — Ceterum nos ipsi in eo elaboramus, vt textum Siracidae critice purgatum et perpetua annotatione illustratum edamus; quod quidem, vbi Deus vires et sanitatem concesserit, quam primum fiet.

Librum *Baruchi* illustrauit: *I. Chr. Grünberg*, exercitatio de libro Baruchi apocrypho. Goett. 1797. 8.

De *cantico trium pueror.* vid. commentat. in *Eichhornii* Bibliotheca Vol. II. Pt. II. — De *historia Susannae* ibid. Vol. II. Pt. 1. — De *Bele et Dracone*, ibid. Vol. II. Pt. 2.

Ad libros denique *Maccabaeorum* pertinent:

Io. Melch. Faber programma: Harmonia Maccabaeorum. Ansbac. 1794. 4.

I. G. Trendelenburg libri Maccabaeorum graeci textus cum versione Syriaca collatio. In *Eichhorn.* Repertor. für bibl. und morgenländ. Lit. T. XV.

I. G. Hasse das andere Buch der Maccabäer neu übersetzt, mit Anmerkungen und Untersuchungen. Ienae 1786. 8.

(Paulus) Ueber das zweite Buch der Maccabäer. In *Eichhorn.* Biblioth. der bibl. Literat. Vol. I. P. 2.

Horum

Horum igitur aliorumque, hos libros passim illustrantium, cura factum est, vt nunc quidem sensus illorum librorum multo accuratius constitutus, res in illis propositae melius illustratae, ipsique a variis mendis et vitiis purgati sint. Quo in primis pertinent Siracidae, Sapientiae et Tobiae libri.

Quaecunque igitur hi viri docti fecerint cum ad versiones graecas Vet. Test. tum vero etiam ad libros vet. Testamenti apocryphos illustrandos, ea alter Thesauri *Bielii* editor et emendator cognita habere, diligenter colligere, et apta manu in suam rem conuertere debet; quanquam ille thesaurus non hac sola imperfectione, e tempore, quo colligebatur, nata, laborat, sed et aliis maculis vitiisque, quae, si vnquam denuo edatur, abstergenda et delenda sunt. De qua libri imperfectione, quae nos vidimus, pauca jam dicemus, ne iniqui erga Virum doctissimum et optime meritum videamur.

Ac primum quidem rerum tractandarum, qua *Bielius* vsus est, ratio non apta satis et idonea videtur: illa nempe concordantiarum *Trommii:* vt primo loco diuersae vocabuli significationes verbo adjunctae legantur, secundo vocabula hebraea, quae graeco verbo in aliquo loco respondeant, ordine alphabetico adposita, et denique loca quaedam librorum apocr. V.T. adspersa sint. Peperit enim haec ratio multa incommoda, potissimum vbi vocabula late patebant. Nam loca veteris Test. quae ad significationes, quas in fronte verbi vna serie exhibuit, confirmandas adscripta sunt, per totum, locum ita sunt dispersa mixtaque, vt argumenta quibus haec vel illa verbi

bi vis probetur, vno obtutu facile comprehendere non possis, sed saepius, tempore, euoluendo varia loca non apta, frustra trito, locum arripias non aptissimum neque clarissimum; quum tamen praestantior fortasse in rerum confusione lateat. Neque hoc solum, sed impedit quoque illa ratio, quominus variam vocabuli construendi rationem, varios ac singulares loquendi modos intelligas.

Deinde vero hoc quoque monendum est, *Bielium* vocabula hebraea adposuisse quidem, quonam autem sensu, quum tamen varia illorum saepius esse possit potestas, in locis allatis sint accipienda, non semper indicasse: ita vt, nisi ipse loca euolueris, in dictis, quae probare aliquid putes, eligendis saepissime erres; si vero euolueris, perplura saepius frustra inspicias, quum vocabulum hebraeum aliud quid ibi significet, quam vulgo. Sic v. g. vocabulum Ἀρχὴ respondere hebraeo כן Genes. XLI, 13. animaduertit, hocque interpretatur *basis*, it. *status*. Ad noli fidem habere huic explicationi, quum כן ibi potius sit *officium*, *ministerium*, *statio*. Similiter in Ἐνισχύω habet: אזר Ies. XLV, 5. *accingere;* quum tamen h. l. sit armis instruere, vel potius *virtute et animo ornare*, quod deinde simpliciter est: *ad bellum excitare*. Porro habet: Οἰκοδομέω, כון *apto* Ies. LIV. 14; imo כון h. l. est id. q. יסר *exstruo, erigo*, vid. v. 11 sq. Deinde in verbo Μισέω habet שאף *haurio* Ezech. cap. XXXVI; 3; sed est *anhelo*, *naribus spiro*, quod est irati; inde *irascor*, *punio*, quam quidem significationem nexus loci postulat. Sic denique in verbo Κολάπτω hebraeum פתח Exod. XXXIX, 5. interpretatur *aperio;* at פתח, vt saepius, est *exsculpo, insculpo*. Sed sufficiant haec exempla, quae

ideo

ideo dedi, vt quam caute. Viri optime meriti thesaurus sit adhibendus, quaeque in illo sint emendanda, Lector doctus intelligat.

At non hoc solum nomine reprehendendus videbatur *Bielius*; sed nec illud possum silentio transire, quod Concordantias *Trommii* potissimum, et Lexicon hexaplare, quod *Trommius* Concordantiis suis adjecit non diligenter satis contulit, plura praetermisit, nec denique significationes, quae e *Trommio* colligi poterant, vbique adposuit. Cuius quidem accusationis, ne calumnia illa videatur, veritas argumentis quibusdam adstruatur, necesse est. Sic v. c. *Trommius*: „Ἁγιασμὸς, sanctitas, item *sanctuarium*", et huius posterioris notionis adfert testimonia Iud. cap. XVII, 3. et 2 Macc. c. II, 17. *Bielius* autem scripsit: Ἁγιασμὸς, *sanctificatio*, locumque posteriorem prorsus neglexit. Item, sub verbo Ἄγω laudauit *Trommius* locum e Sirac. c. XXXIII, 6. *ἄγε αὐτὸν ὡς σεαυτόν*, quem vero *Bielius* notare omisit. Quod quoque valet in voc. Ἀκμὴ de loco 2 Macc. I, 7. vbi est *dolor*, siue *miseria atrox*, quem *Bielius* non adscripsit. Porro sub voc. Ἀγαθὸς habet *Trommius* haec: *οὐκ ἄγαθος*, עוקשות, *peruersitates*, — quae vero desunt in *Bielio*; in Ἄνθραξ, locum Sirac. c. VIII, 10. et in Ἀποκίπτειν verba Ps. V, 2. *ἀποκίπτειν τῶν διαβουλῶν*, quanquam vtrumque legitur in *Trommio*, notare omisit.

Idem vero etiam integra vocabula, quae libro suo diligenter inseruit *Trommius*, ita neglexit, vt nullam prorsus mentionem eorum injiceret; vt exempli gratia vocabula Εὐμαθὴς, Ἀνδρείως, Γεώδης, Ἄλλος, Ἄλλοτε, Ψύφος, quo hebr. מסמר Aquila Deuter. c. XXXII, 8. et Symmachus

Prou.

Prov. V, 17. verterunt, teste *Trommio* in lex. Hexaplari, e quo etiam describere neglexit Ἀγίασμα, et Ἀγκιστρον, et alia quae, ne longior sim, praetermittam, quum ex his, quae attuli, satis iam intelligat doctus lector, multum negotii in perpoliendo et supplendo thesauro b. *Bielii* relictum esse futuro eius editori.

Quibus etiam accedit hoc, quod *Bielius* interdum nimis confisus est *Trommio*, potissimum vbi aderat lectionis varietas, quam saepius non indicauit, interdum vero etiam non recte dijudicauit. Quod verbi caussa valet in Ἀϊδιότης Sap. II, 23. quod attulit nulla mentione facta variae lectionis, quanquam deinde suo loco exhibuit Ἰδιότης Sap. II, 23. Idem valet de vocabulo δημαγωγία, quod legitur 3 Esdr. V, 90. vbi vero codex Vaticanus et Complutensia rectius habent δημαγωγήσαντες.

Denique vero id potissimum vitio est vertendum *Bielio*, quod libros veteris Test. apocryphos additamentorum more tractauit, et obiter loca quaedam ex illis adspersit; quanquam, se scriptores apocryphos cum studio quodam legisse, ipse in praefatione (p. XIV.) profitetur. Etenim praeter ea, quae *Trommius* et *Kircherus* in Concordantiis dederunt, pauca sunt, quae ipsius studio sunt collata, dum potius his viris, et eorum libris maxime niteretur; vt apparet e vocabulis Αἴων, Ἄκαιρος, Ἀκατάσχετος, Ἄκμητος et aliis, si cum *Trommio* contuleris. Inter alios vero potissimum liber Sapientiae, secundus et tertius Maccabaeorum et tertius Esdrae leuius ab illo sunt collati; quorum non solum multa vocabula prorsus desunt, sed etiam singulares loquendi formulas, et significationes his libris proprias frustra in thesauro quaeruntur.

Quam

Quam quidem thesauri imperfectionem pro sua doctrina et subtilitate bene sensit S. V. *Schleusnerus*, ideoque suscepit opus ingratum et injucundum, sed quoque diu desideratum et vtilissimum, ea quae *Bielius* maxime e graecis V. T. versionibus praeter alexandrinam, et e libris apocryphis colligere omiserat, summo studio colligendi, et collecta edendi; id quod *Vir* summe venerandus et de philologia sacra optime meritus, adeo docte et diligenter fecit, vt non solum omnium vere doctorum laudem ferret, sed etiam vt quisque, his deditus literis, se vberrimum in explicandis libris Vet. Test. apocryphis et noui Test. voluminibus inde percepisse fructum, gratus agnosceret.

Quum vero nostra studia nos quoque ad libros apocryphos V. T. ferrent, ideoque thesauro *Bielii* frequenter vteremur; quum varia esse, quae S. V. *Schleusneri* diligentiam subterfugissent, maxime in secundo et tertio Maccabaeorum libro, intelligeremus, et quum textus hebraeus et chaldaeus tertii Esdrae libri cum graeco nondum esset collatus, nobisque, vtriusque comparatione instituta, potestas facta esset, multa quae illius *Viri* summa sagacitas et doctrina in illo libro recte vidit, confirmandi, paucaque, vbi non nisi e textu hebraeo vel chaldaeo loco difficiliori medicina parari potuit, emendandi: collegimus denique ea, quae inter legendum adnotaueramus, vtile fore rati, si virorum doctorum judicio illa proponeremus.

In conscribendo vero hoc spicilegio id maxime studuimus, vt verborum significationes praetermissas adderemus, illas vero qui nondum satis firmatae viderentur, exemplis comprobaremus, singu-

singulares loquendi formulas adspergeremus, potissimum vero vt integra, quae adhuc deessent, vocabula adponeremus; quibus quidem, quo lector illa esse recens addita, neque in *Bielii* thesauro, nec etiam in S. V. *Schleusneri* spicilegiis legi, statim intelligat, *asterisci* signum praeposuimus.

Iam vero, quum non ii simus, qui, his libris vsi, omnia ita exhausisse sibi videantur, vt nil in posterum addendum sit; sufficit nobis, cum interpreti noui Testamenti et librorum apocryphorum Vet. Testamenti, vtiles fuisse, tum vero etiam futuro thesauri *Bielii* editori, quem Deus velit nobis largiri, viam asperam et laboriosam fecisse planiorem. Attamen vt nouum in codicem graecum veteris Testamenti lexicon breui congeratur, siue thesaurus *Bielii* denuo edatur, vix optandum videtur, cum ob alias rationes, tum propterea quod libri apocryphi, qui profecto diligentius essent conferendi, neque explicati satis, neque curis criticis emendati sunt. Quare et nos varias lectiones, quae momenti esse videbantur, notare et adferre studuimus, sequuti hac in re rationem S. V. *Schleusneri* in Spicilegiis. Quod vero, si graecus Veteris Testamenti textus olim expertus fuerit alterum *Griesbachium*; — quam enim *Holmes*, Anglus, curat editionem, quaeque lento et impedito pede ad finem graditur, ea potius largissimum expurgandi textus graeci Veteris Testamenti videtur esse promtuarium, quam quae ipsa jam exhibeat textum purum: — tunc quoque nanciscatur alterum *Schleusnerum*, qui nobis lexicon in codicem graecum V. T. aeque praestans exhibeat, ac illud quod in N. T. edidit.

A.

A.

Ἀγαθὸς, *bonus*, de animi indole, eiusque a propenſione ad vitia libertate. Sap. VIII, 19. ψυχὴ ἀγαθὴ, anima pura, vitiorum contagione non polluta. — Fortaſſe ex h. l. illuſtrari poteſt Matth. XIX, 17, niſi conueniat potius cum Iudith. XI, 8. vid. infra.

— *legitimus, legi conueniens*, Sap. III, 15. πόνος ἀγαθὸς, concubitus legitimus. πόνος enim h. l. pudice de re venerea, ſiue concubitu dicitur, vt et κοίτης. Verba enim ſunt: ἀγαθῶν γὰρ πόνων καρπὸς εὐκλεὴς, καὶ ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα τῆς Φρονήσεως, i. e. liberi e legitimo concubitu felices erunt, florebit ſemper progenies probitatis (h. l. caſtitatis). In toto enim loco v. 12 ſqq. eſt ſermo de mulieribus, quae, ſteriles liceat, adulterium tamen non comittunt; et verba verſus 16, quae v. 15 ſunt oppoſita, hanc, quam poſuimus, explicationem poſtulant, ſcl. τέκνα, δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται, καὶ ἐκ παρανέμου κοίτης σπέρμα ἀφανισθήσεται.

— *beneficus, vtilis*. Sir. XIV, 5. auarus — τίνι ἀγαθὸς ἔσται; cui beneficus, cui vtilis erit? Sir. XXXIX, 27. Sic hebr. טוב Pſ. LXXIII, 1. Exempla e profanis collegit *Stephanus* in theſ.

— *praeſtans, egregius, fortiſſimus*. Sic Iudith. XI, 8, vbi Iuditha Holofernem appellat μόνον ἀγαθὸν ἐν πάσῃ βασιλείᾳ, vnice praeſtantem, i. e.

fortissimum, augustissimum. Hesych. Ἀγαθὸν· ἀνδρεῖον, γενναῖον. *Dio Cass.* l. XL. (p. 247. ed. *Reimari*) τοὺς Ῥωμαίους ἠνάγκασεν ἀγαθοὺς εἶναι ἀπογνώσει τῆς σωτηρίας, Romanos desperatione salutis fortes esse coëgit. V. quoque *Stephanus* in thes.

τὰ ἀγαθὰ, bona, quae terra gignit ad victum et laetitiam. Sap. II, 16. vbi est i. q. κτίσις ibidem. coll. Luc. I, 53. et *Loesneri* obseruatt. e *Philone* ad Luc. XII, 18. Respondet hebr. טוב Esdr. IX, 12. coll. 3. Esdr. VIII, 85.

Ἀγαθότης, *benignitas* Sap. XII, 22. — *Sinceritas, consilii integritas,* Sap. I, 1. vbi est, i. q. ἁπλότης καρδίας, quod in altero membro legitur; Φρονήσατε περὶ τοῦ κυρίου ἐν ἀγαθότητι, καὶ ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε αὐτόν.

* Ἄγαν, *valde.* Legitur 3 Macc. IV, 11. *Hesych.* Ἄγαν· μεγάλως, λίαν.

Ἀγανακτέω Sap. V, 22. ἀγανακτήσει κατ᾽ αὐτῶν ὕδωρ θαλάσσης, *Bielius* vertit *indignor;* sed est h. l. efferuesco, excandesco, et respondet hebr. עבר, Habac. III, 10.

* Ἀγαπητῶς, *libenter.* Legitur in prolog. Sir. qui est in edit. Compl.

Ἀγγελία, *fama, rumor.* Sap. V, 9. ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα. *Phauor.* Ἀγγελία· ἀκοὴ, φημή. *Hesych.* explicat ἄγγελμα, ἀκοή.

Ἄγγελος, *nuntius quilibet.* Iudith. I, 11. III, 1. 1 Macc. I, 44. VII, 10. Eodem sensu quoque prophetae appellantur ἄγγελοι κυρίου 3 Esdr. I, 50, 51. καὶ ἀπέστειλαν ὁ θεὸς διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ (i. e. Ieremiam) — αὐτοὶ δὲ ἐμυκτήρισαν ἐν τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, — καὶ ἦσαν ἐκπαίζοντες τοὺς προφήτας αὐτοῦ.

Ἀγερωχία, *superbia, insolentia.* Addo 3 Macc. II, 3.

* Ἀγι-

* Ἀγέρωχος, *superbus, insolens.* Legitur 3 Macc. I, 25. seniores studuerunt τὸν ἀγέρωχον αὐτοῦ νοῦν ἐξιστάνειν, insolentem eius animum percellere. *Hesych.* ἀγέρωχος· γαῦρος, πάνυ τετιμημένος, ἢ ὑπερήφανος. Sic *Polyb.* lib. X. cap. 35. sect. 8. junxit ἀγερώχως καὶ λίαν ὑπερηφάνως. — et lib. XVIII, 17, 5. ἀγερωχότερον αὐτοῖς ἀπήντα, superbius cum iis egit, eos excepit.

Ἁγιάζω proprie: *a communi vsu separo, et vsui sancto consecro.* Dicitur de Deo vel res, vel homines sibi in cultum et honorem eligente. 2 Macc. I, 25. ὁ ποιήσας τοὺς πατέρας ἐκλεκτοὺς, καὶ ἁγιάσας αὐτούς. — Sir. XLV, 4. ἐν πίστει — αὐτὸν (Mosen; sic enim cum Cod. Alex. legendum videtur pro αὐτοῦ) ἡγίασεν, ἐξελέξατο αὐτὸν ἐκ πάσης σαρκός. Vid. quoque Iudith. XI, 13. et 3 Macc. II, 9. — Hic verbi vsus saepius obtinet in N. T. — Deinde transfertur quoque ad res, quae Leuitis vel templo exhibendae erant, Sir. XXXII, 9. ἐν πάσῃ δόσει ἱλάρωσον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐν εὐφροσύνῃ ἁγίασον δεκάτην. coll. *Vorstius* de hebr. N. T. ed. *Fisch.* p. 208. Deus ἁγιάζεσθαι dicitur, si potentiam suam reddit manifestam, vbi est: *venerandum se praebere,* Sir. XXXIII, 4. coll. sqq.

Ἁγίασμα, *sanctuarium, templum,* quod S. V. *Schleusnerus* Sp. I. *Bielio* adjecit, legitur saepius in libris apocr. v. c. Iudith. V, 19. 1 Macc. I, 21 sqq. III, 45. 3 Esdr. VIII, 78. chld. קדש Esdr. IX, 8.

Ἁγιασμὸς significat quoque *sacra* in vniuersum, inprimis *sacrificia.* 2 Macc. II, 17. „Deus, qui seruauit populum, eique reddidit terram, καὶ τὸ ἱεράτευμα καὶ τὸν ἁγιασμόν, sacerdotium, et sacra templi.

Ἅγιος, proprie, *a communi vſu ſeparatus*, (coll. Exod. XIX, 23.) et *Deo aut cultui eius dicatus.* Sic Iudaei ſaepius ἅγιοι i. q. ἐκλεκτοὶ dicuntur. Quare et ἅγιος eſt *qui Iehouam colit, cultor Dei*, i. q. δοῦλος θεοῦ, Cant. tr. puer. v. 11. Ἰσαὰκ τὸν δοῦλόν σου, καὶ Ἰσραὴλ τὸν ἅγιόν σου. 3 Esdr. VIII, 70. ἅγιον σπέρμα, *Iudaei. Heſych.* Ἅγιος· εὐσεβής. — Item *probi mortui*, et *angeli* appellantur ἅγιοι, Sap. V, 5. — et γνῶσις ἁγίων, quam Iacobus Sap. X, 10. in ſomnio accepiſſe dicitur, eſſe videtur adſpectus aulae diuinae, angelorum, beatorum (coll. Dan. IV, 14. Iob. IV, 18. Geneſ. XXVIII, 12. Deutr. XXXIII, 2. Tob. XII, 15.), qui quidem τὴν βασιλείαν θεοῦ — adumbratur enim Deus vt *rex* huius terrae — conſtituunt. — Transfertur vero deinde ἅγιος ad *res* Deo vel cultui eius ſacras. Sap. XII, 3. ἁγία γῆ, *Canaan;* Sap. IX, 10. ἅγιοι οὐρανοί, coll. v. 8. Inde etiam quae Leuitis exhibenda erant ἅγια dicuntur, 3 Esdr. V, 40. μετέχειν τῶν ἁγίων, edere ſacrificii partem; in hebr. Esdr. II, 63. אכל מקדש הקדשים; et ἀπαρχὴ ἁγίων Sir. VII, 31, primitiae ſanctorum, pars ſacerdotalis de decimis. vid. *Linde* ad h. l. — Inde et eſt: *ſacris celebrandus.* Tob. II, 1. ἐν τῇ πεντεκοστῇ ἑορτῇ, ἥ ἐστιν ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων. — Denique transfertur ad *morum ſanctitatem, animi a vitiis puritatem;* et hoc ſenſu accipiendum videtur, ſi Sap. VII, 22. ſapientiae ineſſe dicitur πνεῦμα ἅγιον, coll. c. I, 4, 5.

ἁγιώτατος, 2 Macc. V, 15.

* *Ἀγορανομία*, *praefectura vrbica*, 2 Macc. III, 4. vid. *Grotius* ad h. l. Eſt haec lectio Alex. et Compl. alii codd. habent παρανομία, quod et Vulg. et Arabs legerunt. Lectio vero ἀγορανομία praeferenda eſſe videtur, quia contextui magis

con-

conuenit. Sermo enim eſt de Simone, qui Oniam ſacerdotio ſummo omni ope ſtudebat priuare: cf. v. 1 et 5 ſqq. Quare etiam illam recepit S. V. *Auguſti* in noua librorr. ap. V. T. editione. *Heſych.* Ἀγορανόμος· δικαστὴς, ὁ ἐν τῇ ἀγορᾷ νέμων τὸ δίκαιον.

* Ἀγριόω, *efferatum reddo, exaſpero.* Legitur 3 Macc. V, 2. vbi Elephantes mero et thure ἀγριωθέντες, *ad furorem concitati* dicuntur. Sic *Lucian S.* T. I. (p. 529. edit. *Reiz.*) πέλαγος ἠγριωμένον, mare aeſtuans. Eodem ſenſu apud *Dionyſ. Halicar.* antt. IX, 39. (Vol. III. p. 1850. ed. *Reisk.*) pro quo *Dio Caſſ.* ἀγριαίνειν vſurpauit, quod et Dan. XI, 11. legitur.

Ἀγρυπνέω, *inuigilo alicui rei, ſtudioſe quid quaero.* (Vid. *Schleusner.* Spicileg. 1.) Sap. VI, 15. ἀγρυπνεῖν διὰ τὴν σοφίαν, i. q. ἐνθυμηθῆναι περὶ αὐτῆς in priori membro, coll. Sir. XXXVI, 16. Eph. VI, 18. Sic quoque ſubſtantiuum

* Ἀγρυπνία eſt *ſtudium, cura, ſolertia,* vid. *Schleusn.* Sp. 1 et 2. Addo Prol. Sir. et Sir. XXXVIII, 26-30.

* Ἄγω. Saepiſſime in tertio libro Esdrae reſpondet hebr. עשׂה diciturque de *celebratione dierum feſtorum,* cf. 3 Esdr. I, 1, 19, 20, 21. coll. 2 Chron. XXXV, 1, 16, 17, 18, et ſaepius. — Porro notandae formulae νύμφην ἀγαγέσθαι, Sap. VIII, 2. — et ἀγαγέσθαι πρὸς συμβίωσιν, ibid. v. 9. vbi eo ſignificatu accipiendum eſt, quo *in matrimonium ducere* denotat, vt ſaepius apud profan. v. c. *Dionyſ. H.* Vol. I. p. 539. et Vol. IV. p. 2238. ed. *Reisk.* — Eſt vero quoque *aliquem tractare, ſe gerere erga aliquem,* Sir. XXX, 31. εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς σεαυτὸν, i. q. v. 30. ἔστω ὡς σύ.

Ἄδεια Sap. XII, 11. *peccatorum venia.* — Haec *Bielius.* Eſt vero ibi, vt contexta docet oratio, *licentia,* venia *peccandi;* Canaanitae enim ab initio maledictioni deſtinati, et Deus pro arbitrio agere poſſe (vid. v. 12.) dicitur; coll. ſqq. Verba enim ſunt: σπέρμα γὰρ ἦν κατηραμένον ἀπ' ἀρχῆς· οὐδὲ εὐλαβούμενός τινα, ἐφ' οἷς ἡμάρτανον ἄδειαν ἐδίδους. *et tu, neminem timens, poteſtatem feciſti illis eorum, in quibus peccarunt.* — *Dio Caſſ.* l. 41. p. 267. ed. *Reim.* δοῦναι ἄδειαν τῆς ἐκδημίας, veniam dare *emigrandi. Ioſeph.* de bello Iud. IV, 8. p. 294. (ed. *Hauerc.*) ἄδεια τῶν ἁρπαγῶν, praedandi licentia.

Ἀδελφή *cognata,* Tob. III, 7. — *amica,* Tob. VII, 16.

Ἅδης, pro eo qui inferni imperium tenet. Sap. I, 14. Eſt vero diabolus, cuius ſorte digni eſſe dicuntur impii v. 16. — coll. c. II, 24. Inde lucem accipit 1 Cor. XV, 26, 55. coll. Hebr. II, 14.

Ἀδιάτρεπτος, *qui a voluptate auerti nequit.* Addo Sir. XXV, 24, vbi in Compl. leguntur: γυνὴ ἀδιάτρεπτος ὡς κύων λογισθήσεται, ἡ δὲ ἔχουσα αἰσχύνην κ. τ. λ.

Ἄδικος. — τὸ ἄδικον, *opes injuſte partae.* Sir. XXXI, 18. θυσιάζειν ἐξ ἀδίκου i. q. v. 20. θυσία ἐκ χρημάτων πενήτων. — In loco 3 Esdr. IV, 37. S. V. *Schleusnerus* Spicileg. 2. *fluxum, caducum* eſſe contendit; ſed e verſu 39 apparet, eſſe ſermonem de *juſtitia.* vid. Ἀλήθεια.

* *Ἀδύναμαι,* non poſſum, non valeo. Legitur prol. Sir.

** *Ἄθεσμος* 1) *exlex, lege carens* vel *legibus non ſubjectus,* 2) *legibus vetitum, nefarium, injuſtum, improbum.* Maxime dici de rebus,

rarius

rarius vero de hominibus obſeruauit *Kypkius* ad 2 Petr. II, 7. et *Loesnerus* in obſſ. e Philone ad eund. loc. — Legitur vero 3 Macc. VI, 26. ἀθέσμοις περιβάλλειν αἰκίαις, injuſtis adficere tormentis, — in ſqq. ἄδικα δεσμά. — Ibid. V, 12. τῆς ἀθέσμου μὲν προθέσεως πολὺ διεσφαλμένος, multum quidem lapſus improbo conſilio. *Heſych.* Ἄθεσμος· ἄνομος. — Ἀθέσμως· παρανόμως.

*Ἀθετέω, *frango, rejicio* hebr. הסיר. Addo Iudith. XVI, 6. Deus ἠθέτησεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ θηλείας, fugauit eos per mulierem.

*Ἀθῷος εἰμὶ cui vulgo jungitur ἀπὸ, interdum quoque additur ἐν, *propter*, vt Sirac. VII, 8. coll. cap. XII, 6.

Ἀϊδιότης, *aeternitas*, Sap. II, 23. *Haec Bielius.* Sed haec lectio quorundam codd. reſpuenda, et ἰδιότητος, vt etiam Vulg. Ar. et Syr. legerunt, praeferendum; quare etiam *Haſſe*, *Nachtigal* et *Kleuker* hanc lectionem ſunt ſequuti, quae eo quoque commendatur, quod auctorem ad Geneſ. I, 27. reſpexiſſe, veriſimile eſt. Vid. *Haſſe* ad h. l. —

* Αἰδώς, *verecundia, pudicitia, pudor.* Legitur 3 Macc. I, 19. Mulieres τὴν ἁρμόζουσαν αἰδῶ παραλείπουσαι, decentem abjicientes pudicitiam. — *Lucian.* *S. Rhet. praec.* (T. III. p. 16. ed. *Reiz.*) αἰδῶ οἴκοι ἀπόλιπε, domi relinque i. e. mitte pudorem; pro quibus *Dionyſ. H. antt. l. VI. c.* 72. (T. II. p. 1203. ed. *Reisk.*) ἅπασαν αἰδῶ ἀποθέσθαι. — *Heſych.* Αἰδῶ· αἰσχύνην, τὴν τοῦ σώματος αἰχρότητα. (Eſſe enim αἰδῶ legendum, neque αἰδής, docuit *Küſterus* in notis ad hanc gloſſ.)

Αἴθριος, *ſubdialis.* 3 Esdr. IX, 11. hebr. בחוץ Esdr. X, 13.

Αἰκία,

Αἰκία, *tormentum, cruciatus.* De corporis potissimum dicitur doloribus. Ad vnum, quem *Bielius* laudauit locum, addo 3 Macc. IV, 14. VI, 26.

* **Αἴσχιστος**, *turpissimus.* Legitur 3 Macc. III, 27. αἰσχίστοις βασάνοις ἀποτυμπανίζεσται. *Lucian. S. Conu.* T. III. p. 440. ed. *Reiz.* τὰ αἴσχιστα παθεῖν, poenam foedissimam subire. *Hesych.* Αἴσχιστος· αἰσχρότατος, κακὸς, μυσαρός.

Αἰσχύνη, *stupratio.* Iudith. IX, 2. οἳ ἔλυσαν μήτραν παρθένου εἰς μίασμα, καὶ ἐγύμνωσαν μηρὸν εἰς αἰσχύνην.

Αἰφνίδιος, *repentinus.* Addo locum 3 Macc. III, 24.

Αἰών. Huius vocabuli notiones e libris apocryph. confirmare fere prorsus neglexit *Bielius*, cum perpauca tantum loca laudauerit. Adjiciam igitur loca notabiliora.

Est vero *vniuersum*, i. q. τὸ πᾶν, Sap. XIII, 9. coll. Ioh. XIII, 6, 10. — *hic*, in quo versamur, *mundus*, Sap. XIV, 6. — *altera post mortem vita*, Sap. IV, 2. coll. III, 14. V. *Vorstius* de hebr. N. T. edit. *Fisch.* p. 39. sqq.

ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, *a temporibus antiquissimis*, Tob. IV, 12.

εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος Tob. VI, 18. *in sempiternum.*

ἐξ αἰῶνος, *ab aeterno*, Sir. I, 4. vbi parallelismus *aeternitatis* notionem postulat. — Deinde vero ita quoque dicitur, vt per certum temporis spatium *semper* locum quid habuisse indicetur; 3 Esdr. II, 23. vbi Judaei dicuntur regibus Medorum infensi ἐξ αἰῶνος, — coll. v. 26. In textu chald. Esdr. IV, 15. מן־יומת עלמא.

Αἰώνιος,

Αἰώνιος, nude positum saepius de Deo vsurpatur. v. c. Bar. IV, 10, 14, 20, 22. coll. v. 8, vbi θεὸς additur.

Ἀκαθαρσία, *impuritas, quae idolorum cultu contrahitur;* deinde *idololatria, idola* ipsa. 3 Esdr. VIII, 69. τὰ ἀλλογενῆ ἔθνη τῆς γῆς καὶ τὰς ἀκαθαρσίας αὐτῶν, in text. hebr. Esdr. IX, 1. est תועבות (*idola,* Deutr. VII. 25.) — cf. quoque 1 Macc. XIII, 47. ἐκαθάρισε τὰς οἰκίας ἐν αἷς ἦν τὰ εἴδωλα —+ et v. sq. ἐξέβαλε (scl. ἐκ τῆς πόλεως) πᾶσαν ἀκαθαρσίαν, coll. v. 50. et cap. XIV, 7.

Ἄκαιρος, *intempestiuus, non opportunus.* Sir. XXII, 6.

Ἀκάλυπτος *apertus, tegmine carens.* Legitur quoque Tob. II, 9. in Alex. et Rom. Sed Ald. et Compl. ἀνακάλυπτον.

Ἄκαρπος, *inutilis.* Deinde vero etiam *noxius, perniciosus.* Et sic videtur accipiendum esse Sap. XV, 4. vbi πόνος ἄκαρπος, *labor improbus,* dicitur eorum, qui idola scindunt, i. q. antea κακότεχνος, coll. Eph. V, 11. et infra ἄχρηστος.

Ἀκαταστατέω, *inconstans, mutabilis, leuis sum.* Legitur quoque Tob. I, 15. καὶ οἱ ὁδοὶ αὐτῦ ἠκαταστάθησαν i. e. mutauit (scl. in peius) agendi rationem, male egit. Hoc sensu et substantiuum ibid. IV, 13. legitur. Sequutus esse videtur hanc lectionem *Syrus,* et exhibita est in *Bibl. polygl. Lond.* Quidam vero codd. (vid. *Drusius* ad h. l.) ἠκατέστησαν, et Alex. ex emendatione *Breitingeri:* κατέστησαν.

Ἀκατάσχετος 1) *qui cohiberi nequit,* 2) *indefinens, perpetuus, vehemens.* 3 Macc. VI, 17. ἀκατάσχετος οἰμωγή, indefinens ejulatus. coll. Iacob. IV, 8. et quae ibi exhibuit exempla e *Diodoro* S. *Munthe* in obss. e *Diod.* S. ad N. T.

T. — *Ioſeph.* de b. Iud. II. 11. p. 173. (ed. Hau.) φόβος ἐμπίπτει τοῖς Ἰουδαίοις ἀκατάσχετος.

Ἀκίνητος, *immobilis, qui moueri non poteſt,* 3 Macc. VI, 19. ἀκινήτοις πέδαις firmiſſimis, nunquam relaxandis vinculis.

Ἀκμή, *cuſpis.* Deinde *vigor aetatis, corpus vigens.* Sir. XXVI, 19. τέκνον, ἀκμὴν τῆς ἡλικίας σου συντήρησον ὑγιῆ — in altero membro ἰσχύς. *Ioſeph. ant.* VII, 4. p. 372. οἱ ἐν ἀκμῇ ἡλικίας dicuntur illi, qui ad arma ferenda ſunt validi. — Denique *dolor acerbus,* qui excitari ſolet cuſpide pungente, *calamitas atrox.* 2 Macc. I, 7. ἐν τῇ θλίψει, καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ τῇ ἐπελθούσῃ, ἐν τοῖς ἔτεσι τούτοις — quibus jam annectitur malorum narratio prolixior. *Ioſephus* antiquit. lib. XIX. c. 1. p. 927. ed. *Hauerc.* ἀκμὴ κακοῦ. *Ammian. Marc.* 26, 9. 364. χειμὼν ἐν ἀκμῇ ἦν hyems erat adulta. cf. *Dorville* ad Charit. Aphr. p. 383. et *Ioſeph.* de Bello jud. lib. I. c. 14. p. 88. ed. *Hau.* — Morbi impetum vocari ἀκμήν, docuit *Stephanus* in theſ. ſ. h. v.

Ἀκοίμητος, Sap. VII, 10. *non dormiens,* metaph. *inextinguibilis.* Haec *Bielius.* Sed metaphora videtur non ſatis apta, et potius ineſſe notio *efficaciae nunquam intermittentis,* quum, qui nunquam ſopitur, ſed ſemper eſt vigil, *efficax* cogitetur, et φέγγος (אור) h. l. eſſe poſſit *inſtitutio;* τὸ ἐκ ταύτης φέγγος, lux animum colluſtratura, quam emittit, coll. v. 7. Vt vero inextinguibilis redderet *Bielius,* (quem et ſequuti ſunt *Kleuker* et *Haſſe*) cauſa haud dubie fuerunt verba praecedentia: προειλόμην αὐτὴν ἀντὶ τοῦ φωτὸς ἔχειν, quae hi interpretes verterunt: magis eam amaui quam lucem. Sed praepoſitio πρὸ in προειλόμην non eſt referenda ad ἀντὶ τοῦ φωτὸς, ſed προαιρεῖν h. l. vt ſaepius,

eſt

est simpliciter *velle*, aut si quae est praepositionis vis ad antecedentia: ὑπὲρ ὑγιείαν καὶ εὐφ. et ea quae v. 8 et 9. leguntur, spectat. Locus vero vertendus: amaui eam magis quam sanitatem et formositatem, eamque (prae omnibus humanis bonis) elegi lucem, i. e. lucis instar, directricem vitae, quia semper est efficax ad homines institutione sua beandos.

Ἀκοινώνητος Sap. XIV, 21. *Biel. incommunicabilis*. Est vero potius ὄνομα ἀκοιν. nomen (Dei) non communica*ndum*, idolis non tribuendum. Vetitum hoc enim erat Deutr. VI, 4. Ies. XLII, 8.

Ἀκολουθέω, *subsequor*, *excipio*. Prol. Sir. ἄλλων τῶν καθ' αὐτοὺς (προφήτας) ἠκολουθηκότων i. e. qui serius scriberent. Deinde Iudith. XII, 2. τὰ ἠκολουθηκότα μοὶ (scl. ὀψοποιήματα) sunt cibi, quos secum attulerat ad castra. oll. c. X, 5 sqq.

Ἀκολούθως, *conuenienter*. 3 Esdr. V, 49. hebr. כ Esdr. III, 2. vid. διαγορεύω. — 3 Esdr. V, 71. heb. כאשר Esdr. IV, 3. — et 3 Esdr. VII, 9. chald. ככתב Esdr. VI, 18.

Ἀκούω, *obedio*, deinde *colo*. 3 Esdr. V, 69. hebr. דרש sequente ל Esdr. IV, 2. — Deinde vt Latin. *audire* est interdum *vocari*, *appellari*, *circumferri*. 2 Macc. X, 13. προδότης παρέκαστα ἀκούων, cum vbicunque proditor audiret. *Polyb*. III, 94, 8. κακῶς ἀκούειν παρά τινι. *Dio Cass*. p. 480, ed. *Reim*. δεινῶς ἀγανακτῶν ὅτι παῖς ἤκουε. cf. quoque *Stephan*. in thes. s. h. v.

Ἄκρατος. — οἶνος ἄκρ. *merum*, 3 Macc. V, 2.

Ἀκυρόω 3 Esdr. VI, 32. respondet chald. נסח euulsit, h. l. *irritum reddidit*, Esdr. VI, 11.

Ἀλαζονεύομαι non solum *gloriari*, sed etiam, quoniam mentiuntur qui sese jactant, *mentiri*, vt

vt Sap. II, 16. ἀλαζονεύεται πατέρα θεόν, mentitur Deum patrem eius. *Hesychius* Ἀλαζονεύεσθαι· ψεύδεσθαι. Ταραντῖνοι, Ἀλαζών· ψευστής. Eodem modo ἐπαγγέλλομαι. ibid. v. 13. legitur.

Ἀλήθεια 3 Esdr. IV, 33–41. *Schleusnerus* Sp. 1. ἀλήθειαν h. l. explicat *perenne*, *ſtabile*, *firmum*. Mallem vero vocem conferre cum hebr. תום et vertere: *perfectio* (ſcl. Dei) *ſumma*, ita vt intelligatur complexus virtutum ſummarum, inprimis ſapientia, potentia et juſtitia Dei junctim ſpectatae. Eſt enim ea, quae hic celebratur, ἀλήθεια *Deus ipſe*; etenim adſcribitur ei v. 34. creatio et gubernatio mundi, et additur v. 35. οὐχὶ μέγας, ὃς ταῦτα ποιεῖ; καὶ ἡ ἀλήθεια μεγάλη καὶ ἰσχυροτέρα παρὰ πάντα. Eadem dicitur v. 36. omnia concutere, v. 38. μένειν καὶ ἰσχύειν τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, et v. 39. *juſtiſſima* appellatur, et denique, vt intelligatur, quaenam ſit illa ἀλήθεια, poſt δοξολογίαν v. 40. additur: εὐλογητὸς ὁ θεὸς τῆς ἀληθείας. Sic in *Philone* (de Creat. princ. p. 726. ed. *Mang.*) proſelytus, qui a deaſtrorum cultu ad veri Dei cultum tranſierat, dicitur μεταναστὰς εἰς ἀλήθειαν.

— δήλ. καὶ ἀλήθ. de Urim et Thummim vid. 3 Esdr. V, 40. coll. Esdr. II, 63.

Ἀληθὴς, *ſincerus*, *non fucatus*, Sap. VI, 17. ἡ ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία. Transfertur deinde quoque ad intellectum Sap. I, 6. vbi Deus appellatur, τῆς καρδίας ἐπίσκοπος ἀληθής i.e. *qui verum ſemper videt*, *falli non poteſt*.

Ἀληθινὸς, *benignus* 3 Esdr. VIII, 89. κύριε ἀληθινὸς εἶ. In textu hebr. Esdr. IX, 15. eſt צדיק, quod vt צדקה et δικαιοσύνη (vid. infra δικαιοσύνη) ſaepius dicitur de benignitate et beneficentia; quam notionem pluribus probatam reperies in

Vorſt.

Vorst. de hebr. N. T. ed. *Fisch.* p. 57 sqq. H. l. sic intelligendum esse צריק, docet loci nexus. Sermo enim est de benignitate Dei, qua Israëlitas, quamquam peccassent, tamen non penitus perdidisset; et sequitur: „adhuc enim superstites sumus.“ —

'Αληθινῶς, *vere, recte.* Addo Tob. XIV, 6.

*"Αληκτος, *indesinens, non cessans.* Legitur 3 Macc. IV, 2. ἄληκτον πένθος, luctus indesinens. Sic enim legunt Alex. et Compl. pro ἀνήκεστον πενθ luctus intolerabilis. *Hesych.* ἄληκτον· ἀκατάπαυστον. *Lucian. de Gymn.* (T. II. p. 891. ed. *Reiz.*) σπουδὴ ἄληκτος τῆς νίκης. — et *de Dips.* T. III. p. 237. ὀδύνας ἀλήκτους.

'Αλκή, *robur, potentia.* Addo 3 Macc. III, 18. VI, 12.

'Αλληλȣ̈ϊα, τὸ, vt substantiuum, legitur 3 Macc. VII, 13. ἐπιφωνήσαντες τὸ ἀλληλούϊα.

'Αλλήλων. — ἐπ' ἀλλήλων, *alius super alium, cateruatim,* Sap. XVIII, 23. πεπτωκότων ἐπ' ἀλλήλων νεκρῶν.

*"Αλλος, *alius, alter.* Quum *Bielius* hoc vocabulum, quanquam reperitur in Trommio, praetermiserit, e Trommio, quae huc pertineant, adferam. Respondet hebr. אחד 2 Sam. VII, 23. quod h. l. est *vllus;* τίς ὡς ὁ λαός σου 'Ισραὴλ ἔθνος ἄλλο ἐν τῇ γῇ; Drac. v. 48. Ez. XIX, 5. — אחר, saepius, v. c. Genes. XLI, 3. Exod. XXI, 10. Iob. VIII, 19. — זר Iob. XIX, 27. Voluit quidem Tromm. LXX interpretes Ies. XLIII, 19. hebr. נצר reddidisse ἄλλος, sed errat, cum ἐγένετο huic verbo respondeat, et ἄλλος ab ipsis (fortasse ex alio loco) additum sit. — "Αλλος ἀλλαχῆ, *alius hic, alius illic,* Sap. XVIII, 18.

'Ἀλλότριος, vt Latinor. *hostis*, primum *alienus*, deinde *mente alienus ab aliquo, ei infensus, inimicus, hostis.* Sic Sir. XXIX, 21. 1 Macc. I, 38. sunt ἀλλότριοι *hostes Israëlitarum;* hebr. זר Ps. LIII, 3, quod alibi (v. c. Prouerb. VI, 1.) ἐχθρὸς redditur. — coll. Sir. XXXIII, 3. et v. 5. — *Dionys. Hal. antt. lib.* IV. c. 71. (T. II. p. 811. ed. *Reisk.*) τὰ ἐν τῇ πόλει πάντα τοῖς τυράννοις ἐστὶν ἀλλότρια. vid. quoque Ἄνομος. — Deinde, vt Latinor. *alienum*, est *inconueniens, indignum.* Sap. XII, 15. ἀλλότριον ἡγούμενος τῆς σῆς δυνάμεως, indignum arbitratus tua potentia. *Polyb.* lib. VIII, 3, 1. ἀλλότριον τῆς προθέσεως, alienum ab instituto. *Lucian. S. in somn.* Tom. I. p. 9. ed. *Reiz.* Φθόνȣ παντὸς ἀλλότριος ἔσῃ, ab omni inuidia alienus eris. — Denique *peregrinus, advena*, Sap. XIX, 15. ἀπεχθῶς προσεδέχοντο τοὺς ἀλλοτρίους, inimice Sodomitae peregrinos (angelos) exceperunt. coll. Sir. XI, 34.

'Ἀλλοτριόομαι, *separor, segregor*, 3 Esdr. IX, 4. ἀλλ. ἀπὸ τοῦ πλήθȣς, separari a populo, hebr. יבדל מקהל Esdr. X, 8. quod LXX διασταλήσεται verterunt.

Ἄλλως καὶ ἄλλως, *hinc, illinc, vt sors ferebat.* 3 Macc. I, 20. *Hesych.* Ἄλλως· ὡς ἔτυχεν.

'Ἀλόγως, *temere.* Ad vnum, quem *Biel.* laudauit, locum addo 3 Macc. VI, 25.

Ἅμα, *simulac*, 3 Esdr. VIII, 71. καὶ (ἐγένετο addunt Alex. et Ald.) ἅμα τὸ ἀκοῦσαί με ταῦτα, simulac haec audiui. In textu hebr. Esdr. IX, 3. est כשמעי. — Cum datiuo (vt apud profanos) eodem sensu legitur 1 Macc. XIII, 7. ἅμα τῷ ἀκοῦσαι, simulac audiuissent. Vid. *Vorstius* de hebr. c. *Fisch.* p. 715. *Xenoph. Cyr.* I. p. 3. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. vid. *Raphel.* *ann. in N. T. e Xenoph.* p. 46.

Ἀμαρτάνειν εἰς, laedere, offendere, irritare. Sir. VII, 7. μὴ ἁμάρτανε εἰς πλῆθος πόλεως, noli plebem vrbis offendere; — ἁμαρτάνειν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, Sir. X, 29. vitam laedere i. e. *manum sibi inferre.* Verba enim ſunt: τὸν ἁμαρτάνοντα εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίς δικαιώσει; καὶ τίς δοξάζει τὸν ἀτιμάζοντα τὴν ζωὴν αὐτοῦ; qui manum ſibi infert, cui probetur? quis laudet vitam nihili facientem? — *Grotius* quidem et *Linde* explicarunt: „iniquum erga ſe eſſe, ſcl. ſemet dejiciendo"; ſed mallem exiſtimare cum *Druſio*, αὐτοχειρίαν prohiberi. Contulit enim *Druſius* verba hebr. חוטא בנפשו quae Prou. XX, 2. leguntur, et de homine, qui ea facit, quae ſibi ſunt exitio, vitae periculum temere incurrit, dicuntur; et clarior adhuc videtur eſſe locus Prou. VIII, 36. vbi leguntur: οἱ δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς ἐμὲ, ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, καὶ οἱ μισοῦντές με ἀγαπῶσιν θάνατον. coll. 1 Cor. VI, 18.

Ἁμάρτημα νόμου, peccatum aduerſus legem, violatio legis. Sap. II, 12.

δι' αὐτῶν, *propria vi, ipsi.* Ep. Ier. v. 27. simulacra humi prostrata non valent resurgere δι' αὐτῶν, *sua* vi, *ipsa.* *Polyb.* I, 9, 6. δι' αὐτοῦ, *per se,* non aliorum ope. coll. loco e *Diod.* S. quem supra (Ἀντισχύω) laudauimus.

Διαβοάω, *diuulgo.* Addo Iudith. X, 18.

Διαγινώσκω, *decerno, constituo.* Iudith. XI, 12. διέγνωσαν δαπανῆσαι, decreuerunt vesci scl. iis, quae in lege Mos. prohibita erant. 2 Macc. III, 23. τὸ διεγνωσμένον ἐπιτέλει, quod

man-

mandatum, decretum erat a rege (vid. v. 13.), perfecit. cf. *Loesneri* Obſſ. e Phil. p. 227. *Polyb.* II, 66, 8. διέγνω ποιεῖσθαι τὴν μάχην.

Διαγογγύζω 1) *obmurmuro.* 2) *diffamo, reprehendo.* Sir. XXXIV, 24. (apud *Bielium* XXXI, 28.) vid. Ἄρτος. — Oppoſitum eſt εὐλογεῖν v. 23. *laudare.* coll. Luc. XV, 2. XIX, 7.

Διαγορεύω, *diſſero, enarro.* 3 Esdr. V, 73. (49.). *Haec Bielius.* Sed S. V. *Schleusnerus* Sp. 1. huic verbo h. l. tribuit ſignificationem *praeſcribendi*, quod vero neceſſarium eſſe non videtur, cum in textu hebr. Esdr. III, 2. ſit כַּכָּתוּב, quod quidem eſſe poteſt *ex praeſcripto*, ſed quoque *ſecundum deſcriptionem, narrationem. Heſych.* Διαγορεύει· θεσπίζει, διαγγέλλει. *Ioſephus*, antiq. l. XI. cap. IV. p. 555. ed. *Hav.* ſimpliciter: κατὰ τοὺς Μωϋσέως νόμους omiſſo verbo διαγορ.

Διάδηλος, *manifeſtus, conſpicuus.* 3 Macc. II, 5. Sodomitae διάδηλοι ταῖς κακίαις γενόμενοι — i. e. publice, ſine vllo pudoris ſenſu patrantes ſcelera, quae occultare ſolent homines.

Διάδημα, *diadema regium.* Deinde ſignum pro re ſignata, *imperium, poteſtas regia.* Sap. V, 16. διάδημα τοῦ κάλλους, i. q. in priori membro βασίλειον.

Διάθεσις, *conditio, ſors.* 3 Macc. II, 28. Iudaeos εἰς οἰκετὴν διάθεσιν ἀχθῆναι, ad ſeruilem conditionem redigendos eſſe. coll. III, 2, 26. *Polyb.* II, 41, 3. τοιαύτη τις ἦν ἡ περὶ τὸ ἔθνος διάθεσις. — *Heſych.* Διάθεσις· σχῆμα, ἀγάπη, ἀπόδοσις, προαίρεσις.

Διαθήκη, *promiſſio.* Vid. *Schleusn.* Sp. 1. Addo 1 Macc. II, 54. vbi Pineas accepiſſe di-

dicitur διαθήκην ἱερωσύνης αἰωνίας. — διαθήκαι, *promissiones.* 2 Macc. VIII, 15. διαθῆκαι πατέρων, promiss. majoribus factae. Sir. XLIV, 11. coll. v. 18.

* Διαιτέομαι vel διαιτιάομαι. *Trommius* διαιτηθῆναι, quod Iudith. VIII, 16. legitur, deriuauit a διαιτιάομαι et vertit: *criminari,* siue h. l. in jus vocare. Equidem vero deriuauerim a διὰ et αἰτέω, διαιτέω, *precibus aliquem petere, extorquere aliquid precibus, exorare,* quae significatio loco optime conuenit, cum minis terreri opponatur precibus importunis eflagitari. Verba enim sunt haec: ὑμεῖς δὲ μὴ ἐνεχυράζετε τὰς βουλὰς κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς ἀπειληθῆναι, οὔδε ὡς υἱὸς ἀνθρώπου διαιτηθῆναι, nolite (sunt verba Iudithae ad magistratum Bethuliae obsessae) vt pignus postulare consilia Dei (scl de vobis liberandis) i. e. nolite Deum extorquere vt debitorem (vid. *Schleusn.* Sp. 2.); non enim Deus est is, qui hominis instar minis terreatur, aut precibus (vehementioribus) flectatur, s. coërceatur. — Quare nollem cum *Bielio* h. l. lectionem mutare et e loco Numer. XXIII, 19. vnde haec repetita videntur, διαιτηθ. mutare in διαρτηθῆναι (vid. *Biel.* Διαρτάω), cui mutationi neque fauent codd. qui potius διαιτηθ. tuentur. Attamen hoc fatendum, neque διαιτέομ. neque διαιτιάομ. quantum scio equidem, legi in graecis scriptoribus. Vulgatus Interpres: *ad iracundiam inflammabitur.* Syrus vero vertit: [illegible]?, *vt dejectus in ordinem restituatur.*

Διάκειμαι, *affectus ſum, animatus ſum erga aliquem.* 3 Macc. III, 23. ὀλίγους τοὺς πρὸς ἡμᾶς γνησίως διακειμένους, paucos qui bono erga nos animo erant, i. e. conſilio noſtro (mutationi ſacrorum) fauebant. *Dionyſ. Hal.* VII. c. 32. antt. T. III. p. 1381. ed. *Reisk.* ἀπεχθῶς διακείμενοι πρὸς ὑμᾶς, inimici veſtri. *Polyb.* IV, 32, 1. φιλοτίμως διακεῖσθαι πρός τι, ſummo ſtudio pro aliqua re laborare. Vid. *Dio Caſſ.* l. 39. p. 219. lib. 53. p. 698. ed. *Reim.*

Διακινέω, *commoueo*, 2) ad *furorem excito.* 3 Macc. V, 23. Hermon Elephantes διακινεῖν dicitur mero et thure.

* **Διακλείω**, *intercludo, excludo, cingo, circumdo.* Legitur 3 Macc. V, 5. in Alex. et Compl. vbi alii codd. συγκλείω, quae lectio praeferenda videtur. *Dionyſ. Hal.* l. VIII. c. 82. πάσας διακλείσας ὅπλοις τὰς ἐξόδους.

Διακομίζω, *transfero, transueho*, 3 Macc. II, 7. In paſſiuo 1) *proficiſcor* (vid. *Schleusner.* Spic. 2.), 2 Macc. IX, 29. Philippus, pertimeſcens Antiochi filium, εἰς Αἴγυπτον διεκομίσθη, in Aegyptum ſeceſſit. Sic etiam 3 Macc. II, 25. 2) *peruenire* (vide *Schleusner.* Spic. 2.). Addo 3 Macc. I, 2. Theodotus, inſidioſe Ptol. quaerens, διεκομίσθη ἐπὶ τὴν τοῦ Πτολεμαίου σκήνην, coll. v. 9. *Heſych.* Διακομισθείς· διελθών, βασταχθείς. *Phau. Suid.* διακομ. διελθών.

Διακυβερνάω, *guberno.* Addo 3 Macc. VI, 2. Θεέ, τὴν πᾶσαν διακυβερνῶν — κτίσιν.

Διανίστημι, *aſſurgo.* Addo Iudith. XII, 15.

Διανοέομαι, *perueſtigo, perſcrutor.* Iudith. IX, 15. τὰ πρότερα, τὰ νῦν, καὶ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης. Sir. III, 28. — *perpendere*, Sir. III, 21. XVI, 24.

Δια-

Διαπειλέω, *minor.* Praeter vnum locum, quem *Bielius* laudauit, legitur adhuc bis 3 Macc. VI, 23. VII, 6.

Διαπίπτω, *in pugna cadere, interfici*, 1 Macc. IX, 49. — *dilabi, solui, zerfallen*, 2 Macc. IX, 9. ὥστε καὶ ζῶντος τὰς σάρκας αὐτοῦ διαπίπτειν, ita vt, eo adhuc viuente, carnes dilaberentur. *Vulgatus: effluerent. Syrus* ܢܬܪ ܗܘܐ ܒܣܪܗ ܘܢܦܠ ܡܢܗ *defluxit deciditque caro eius ab eo.*

Διάπυρος, *igneus, ardens.* 3 Macc. VI, 6. διάπυρος κάμινος. *Hesych.* Διάπυρος· θερμός.

Διαριθμέω, quod S. V. *Schleusnerus* in Spic. 2. jam thesauro *Bielii* addidit, legitur quoque 3 Macc. III, 6. et est *computo, aestumo. Hesych.* διαριθμουμένην· διαλογιζομένην.

* **Διασκάπτω**, *perfodio, fodiendo euerto, diruo.* Legitur Iudith. II, 24. διέσκαψε πάσας τὰς πόλεις. Alex. Ald. et Compl. vero legunt κατέσκαψεν. Retinuit διέσκαψε *Augusti* in noua editione librorum apocryphorum.

Διασπορά, *exilium Iudaeorum.* Saepius v. c. Iudith. V, 19. (coll. Iac. I, 1.) — *exulantes*, abstractum pro concreto, 2 Macc. I, 27. ἐπισυνάγαγε τὴν διασποράν ἡμῶν, ἐλευθέρωσον τοὺς δουλεύοντας ἐν τοῖς ἔθνεσι. Sic Ioh. VII, 35. διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων, sunt Iudaei inter Graecos dispersi.

Διαστέλλομαι, *praecipio, mando*, quae significatio verbi extra libros N. T. rarius reperitur. Legitur sic Iudith. XI, 12. πάντα ὅσα διεστείλατο αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ. *Hesych.* διεστείλατο· διεσαφήσατο. Exemplum e *Diodoro S.* attulit *Munthe* in obss. e D.

S. ad Marc. V, 43. et e *Philone Loesnerus* in obſſ. ad Matth. XVI, 20.

* Διασφάλλομαι, i.q. ſimplex σφάλλομαι, *aduerſa vtor fortuna, infeliciter gero rem, fallor, excido ſpe vel conſilio.* Legitur 3 Macc. V, 12. τῆς προθέσεως πολὺ διεσφαλμένος, multum lapſus conſilio. *Lucian.* Samoſ. T. I. p. 463. σφαλεὶς ταύτης τῆς ἐλπίδος. *Polyb.* III, 81, 12. διεσφάλη τῆς ἐπιβολῆς. *Dio Caſſ.* p. 47. ed. *Reim.* πάνυ ἐν τούτῳ διεσφάλη, multum errauit.

Διάταξις, diſpoſitio. 2) *munus, functio.* Iudith. VIII, 36. digreſſi a tentorio ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὰς διατάξεις αὐτῶν abierunt ad functiones demandatas. Verti vero quoque poteſt, *locus* certus, quem quisque in defendenda vrbe tenere debebat. Vid. quoque Iudith. I, 4. *Heſych.* Διατάξεων διοικήσεων.

Διατηρεῖν, *reſeruare in poenam.* Iudith. II, 10. διατηρήσεις ἐμοὶ αὐτοὺς εἰς ἡμέραν ἐλεγμοῦ. coll. Iacob. I, 6. — διατηρεῖν μῆνιν, *retinere,* i. e. *fouere iram.* Sir. XXVIII, 5. αὐτὸς σάρξ ὢν διατηρεῖ μῆνιν, τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ; — διατηρέομαι, *in vita conſeruor* i. q. μένειν Sap. XI, 25. πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας ἢ τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη; i. e. nil niſi te volente eſt et eſſe pergit.

Διαφέρω, *antecello, praeſto.* Ad vnum quem *Bielius* laudauit locum addo 3 Macc. VI, 26. οἱ ἐξαρχῆς εὐνοίᾳ πρὸς ἡμᾶς διαφέροντες πάντων ἐθνῶν. coll. Matth. VI, 26. X, 31. *Raphel.* annott. e *Polyb.* ad Matth. X, 31. *Schweighäuſeri* Lex. *Polyb.* *Reiskii* index in *Demoſth.*

Δια-

Διαφορά, *differentia*, *discrimen*. Addo Prol. Sir.

Διάφορον, τὸ, *lucrum*, *damnumue ex aliqua re existens*, *pecunia*, *munera*. Sic legitur 3 Esdr. IV, 39. οὐ λαμβάνει πρόσωπον, οὐδὲ διαφορὰ, ἀλλὰ δίκαια ποιεῖ. Lectio codicis Alex. διαφθορὰ, corruptio largitionibus effecta, iure interpretamento tribuitur, quo difficilius διαφορὰ explicare studuit lector vel librarius quidam. Saepius vero τὸ διάφορον apud profanos hoc sensu legitur, v. c. *Polyb.* XXIII, 8, 11. διάφορα προτείνειν, pecuniam offerre. *Dionys. Halic.* antt. l. VI. c. 58. (T. II. p. 1172. ed. *Reisk.*) πρὸς πολὺ διάφορον καὶ ἐπὶ μεγάλοις δανεισθὲν τόκοις, multa pecunia mutuo data, idque magno foenere. coll. p. 1265. et *Reiskii* index in *Demosth.* cf. quoque quae disputauit *Vorstius* de hebr. N. T. ed. *F.* p. 452. *Hesych.* Διάφορον· ἀμφίλεκτον. καὶ ἀνάλωμα. Vid. quae ibi notata sunt in ed. *Albert.* — *Pecuniam* quoque significat, 2 Macc. I, 35. III, 6.

Διαχύεσθαι, *diffundi*, *in nihilum abire*. Sic Sap. II, 3. spiritus hominis dicitur διαχύεσθαι in morte ὡς χαῦνος ἀήρ.

Διδάσκειν τὶ, dicuntur quoque ii, qui aliis *occasionem praebent*, vt aliquid faciant vel committant. Sir. IX, 1. "ne aemulatione persequaris vxorem amatam, μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηράν, neque doceas illam malis aduersus te indulgere consiliis. Sir. XXX, 27. πολλὴν γὰρ κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία, multa praua enim docet hominem desidia.

Δίδωμι, *suggero*, *praesto*, *facio*, 3 Esdr. VIII, 19. chald. עבר *fecit*, *perfecit*, Esdr. VII, 21. coll. *Vorst.* de hebr. N. T. p. 169. Act. II, 19.

19. Matth. X, 19. — δοῦναι σεαυτὸν εἰς τὶ, se dare alicui rei, assidue aliquid facere. Prol. Sir. δουν. σεαυτ. εἰς ἀνάγνωσιν. cf. *Doruille* ad Charit. Aphr. p. 563. ed. *Reisk.* — δοῦναι ῥίζας, *radices agere,* Sap. IV, 3. i. e. stabili et firma gaudere felicitate; vid. v. 2. et 4.

Διήγησις non solum *narratio,* sed et *colloquium, confabulatio.* Sir. IX, 20. πᾶσα διήγησίς σου ἐν νόμῳ ὑψίστου. ibid. XXVII, 11. VI, 35.

Διηνικῶς, *perpetuo.* Addo 3 Macc. III, 11, 22. IV, 16.

Δίκαιος, *pius, qui Iehouam colit.* Inde δίκαιοι *Israëlitae,* Iehouae cultores, Sap. XVIII, 7. opponuntur ἐχθροὶ scl. τοῦ Θεοῦ, Aegyptii idololatrae, vid. quoque v. 20. In loco Sap. II, 12. coll. v. 13, 16. δίκαιος et δίκαιοι dicitur κατ' ἐξοχὴν *gens judaea,* vnice pia illa, quoniam sola verum colit Deum. Pluribus hoc docuimus in disputatione *de libri Sap. parte priori cap. I-IX. e duobus libellis diuersis conflata.* (Viteb. 1804.) Part. I. p. 15 sqq. 2) *benignus, beneficus* (more hebr. צדיק vid. Ἀγαθὸς), Tob. XIV, 9. γίνου φιλελεήμων καὶ δίκαιος, coll. v. 11. et quae in Δικαιοσύνη notata sunt. coll. 1 Ioh. I, 9.

τὰ δίκαια, *leges, statuta, jura.* 2 Macc. XIII, 23. ὑπετάγη, καὶ ὤμοσεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, submisit se, et in quascunque jurauit leges. — ibid. XI, 14. συλλύσεσθαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, reconciliari quacunque lege i. e quouis pacto. — Sap. XIX, 6. vbi est *jus ciuitatis.* Sermo enim est de Israëlitis in Aegyptum olim receptis, et participes redditis τῶν δικαίων, juris ciuitatis. *Kleuker* vertit: Landesrechte und Bürgerfreiheiten. Sic saepius apud profanos. *Polyb.* V, 11, 3. τὰ τοῦ

πο-

πολέμου δίκαια. *Dio Caſſ.* l. 36. p. 100. ed. *Reim.* τὰ δίκαια καθ' ἃ διδάσκειν ἔμελλον αὐτοῖς. *Dionyſ. H.* l. 10. c. 30. T. IV. p. 2068. ed. *Reisk.* τὰ δίκαια τοῦ δήμου, plebis priuilegia. cf. quoque *Reiske* in indice in Demoſth.

Δικαιοσύνη, *juſtitia forenſis,* Sap. V, 18. vbi commutatur cum κρίσει ἀνυποκρίτῳ. Eodem ſenſu quoque accipiendum erit cap. II, 11. c. I, 1. quia hic commendatur regibus et principibus, coll. c. VI, 4 ſqq. 2) *virtus, probitas,* Sap. I, 15. δικαιοσύνη ἀθάνατός ἐστι. H. l. vero δικαιοσύνη eſt pro δικαιοσύνην ποιοῦντες. coll. Ioh. XI, 25. Similis locus extat in *Lucian.* S. Amor. T. II. p. 404. ed. *Reiz.* ἠκολούθει δὲ παιδείας λιπαρὴς ὄχλος, ſequebatur autem aſſidua *eruditorum* turba. Vid. quoque θάνατος, Βίος et Διασπορά. — 3) *cultus veri Dei.* Sap. XIV, 7. Arca Noae appellatur tignum benedictum, quia per illam γίνεται δικαιοσύνη, verus Dei cultus ſeruatus et propagatus eſt; lignum vero (v. 8 ſq.) e quo *idolum* ſcinditur, ideo maledictum eſt, quia veri Dei cultui aduerſatur. — 4) *beneficentia, liberalitas.* Tob. XIV, 11. vbi Tobaeus moribundus filium v. 9. adhortatur, vt ſit φιλελεήμων καὶ δίκαιος exemplo Manaſſes et Hamanis, quorum alter, beneficus, ſeruatus eſſet, alter, non beneficus, periiſſet; quibus ſubjungit v. 11. καὶ νῦν ἴδετε τί ἐλεημοσύνη ποιεῖ, καὶ (Alex. Ald. τί Compl. πῶς) δικαιοσύνη ῥύεται ſcl. ἐκ τοῦ Θανάτου. Hic inuicem ſibi reſpondent ἐλεημοσύνη et δικαιοσ. et exprimunt *liberalitatem, miſericordiam,* quo ſenſu legitur etiam Prou. X, 2. 2 Cor. IX, 10. Matth. VI, 1. coll. *Fiſcheri* proll. de

Vit.

Vit. L. N. T. p. 517. *Vorſtius* de hebr. N. T. p. 58. ed. *Fiſcher.*

δικαιοσύναι, *beneficia ipſa, eleemoſynae* pauperibus et afflictis exhibitae. Tob. II, 14. ποῦ εἰσὶν αἱ ἐλεημοσύναι σου, καὶ αἱ δικαιοσύναι σου; quid praeſtant tuae eleemoſynae et beneficia? cf. c. I, 16 ſqq. — Ibid. XII, 9. „Eleemoſynae a morte liberabunt, eaedemque expiant quoduis peccatum (צדקה Prou. X, 2. vnde haec ſunt repetita); οἱ ποιοῦντες ἐλεημοσύνας καὶ δικαιοσύνας πλησθήσονται ζωῆς. c. XIV, 9. — Vid. *Gatakeri* opp. crit. p. 321. et Sir. XLIV, 10. (Poteſt ex his locis illuſtrari parabola illa Luc. XVI, 1 ſqq. quod nuper docte et ſubtiliter fecit *I. Chr. Schreiter* in libro qui inſcribitur: *hiſtorica critica explicationum parabolae de improbo oeconomo deſcriptio.* Lipſ. 1803. 8.)

Δικαιόομαι, *juſtum probum me effero*, me δίκαιον i. e. pium probumque majorem, quam decet, in modum judico. Sir. VII, 5. μὴ δικαιοῦ ἔναντι κυρίου, καὶ παρὰ βασιλεῖ μὴ σοφίζου.

Δικαίωμα, Baruch. II, 19. eſt i. q. δικαιοσύνη (v. 18.) *probitas, obedientia erga Deum, virtus;* ὅτι οὐκ ἐπὶ τὰ δικαιώματα τῶν πατέρων ἡμῶν καταβάλλομεν τὸν ἔλεον κατὰ πρόσωπόν σου, non enim freti probitate majorum fundimus tibi preces noſtras. — Vid. quoque v. 17. „mortui tibi non praeſtabunt δόξαν καὶ δικαίωμα, laudem et obedientiam. Sic et in N. T. Rom. V, 18. eſt intelligendum.

Δικαστής, non ſolum *judex*, ſed et *rex, princeps*, i. q. βασιλεύς. Sap. VI, 1. ἀκούσατε βασιλεῖς, καὶ σύνετε, μάθετε δικασταὶ περάτων γῆς. coll. v. 2. — cap. IX, 7. βασιλεὺς λαοῦ σου,

καὶ

καὶ δικαστὴς υἱῶν σου. — Regis enim eſt leges ferre et jus dicere, quare vtrumque ſaepius ita conjungitur, vt rex et judex, gubernare et ius dicere alterum pro altero dicatur. cf. Κριτὴς et Κρίνω.

* Διοργίζομαι, *ira abripior, iraſcor, inſenſo ſum animo*, i. q. ſimplex ὀργίζομαι. Legitur 3 Macc. III, 1. IV, 13. *Polyb.* II, 8, 13. διοργισθεὶς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ.

Διότι, reſpondet hebr. כי Obad. v. 5. — Saepius, vt et apud profanos ponitur pro ὅτι. v. c. Iudith. V, 1. „et annunciabatur Holoferni, διότι οἱ υἱοὶ Ισραὴλ παρεσκευάσαντο εἰς πόλεμον.— 2 Macc. VII, 37. ἐξομολογήσασθαι, διότι μόνος αὐτὸς Θεός ἐστιν, confitearis, eum eſſe ſolum Deum. — ibid. XI, 14. vbi Ald. (ex interpretamento vt videtur) legit ὅτι.

Διπλόος, *duplex*. Sap. XI, 12. Deinde ſynecdochice *multus, grauis, inſignis*. Sir. XX, 9. δόσις ἧς τὸ ἀνταπόδομα διπλοῦν, *larga* remuneratio. Sir. XII, 5. διπλάσια γὰρ κακὰ εὑρήσεις ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. coll. 1 Tim. V, 17. Apoc. XVIII, 6.

Διώκω, *fugio*. In paſſiuo *propellor, diſpergor*. Sap. II, 4. ὁμίχλη διωχθεῖσα, nebula diſperſa a radiis ſolis. coll. cap. V, 14. hebr. נוס.

Δογματίζω, *jubeo*. 3 Esdr. V, 34. vbi in textu chaldaeo ſunt verba שים טעם, Esdr. VI, 12.

Δοκέω. — Δοκεῖν, imperſonaliter, 3 Macc. I, 29. δοκεῖν γὰρ ἦν ἠχεῖν, videbatur enim clamorem edere. *Dio Caſſ.* p. 796. ἐμοὶ δοκεῖν, *videtur mihi*. cf. *Doruille* ad Charit. Aphr. p. 451. et p. 299. ſeq. — 3 Esdr. VIII, 11. καθάπερ δέδοκται ἐμοὶ, in chald. Esdr. VII, 14.

מלכא

כל־קבל די מן־קדם מלכא. Iosephus antiq. lib. XI. cap. V. p. 560. ed. *Hau.* καθάπερ ἔδοξε.

Δοκιμάζω. Deus dicitur saepius homines vel beneficiis vel poenis δοκιμάζειν, quare est vel *benefacere*, vel *punire*. Posterioris notionis exemplum habes 3 Macc. II, 6. tu Pharaonem πολλαῖς δοκιμάσας τιμωρίαις i. e. *valde puniens*.

— *experientia comprobare*, *experiri*. Sap. II, 19. ἵνα γνῶμεν τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ, καὶ δοκιμάσωμεν τὴν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ. coll. c. I, 3.

Δόλος, inquit S. V. *Schleusnerus* Spicil. 2., in libris apocryphis ei tribuitur, qui non est vera et infucata in Deum pietate." — Recte, est enim quaevis impietas. Sap. I, 5. IV, 11. ἡρπάγη μὴ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ. Act. XIII, 10. 1 Petr. II, 22. Ap. XIV, 5. Eodem modo dicitur ψεῦδος, quod vide.

Δόξα, *splendor*, Bar. IV, 24. μετὰ δόξης μεγάλης καὶ λαμπρότητος τοῦ αἰωνίου. — *lux*, Sap. VII, 25. vbi σοφία dicitur esse emanationem purissimam τῆς δόξης Θεοῦ, Dei, qui ipse natura lucida esse putabatur. — *Vestis splendida*. Addo ad loca a *Bielio* collecta 1 Macc. XIV, 9. οἱ νεανίσκοι ἐνεδύσαντο δόξαν καὶ στολὰς πολέμου. — S. V. *Schleusnerus* Spicil. 1. notauit ad Sir. XIV, 27. δόξαν hic significare *habitaculum*, *teguimentum*, cuius significationis nullum se amplius reperisse exemplum profitetur. Et sane videtur satis singularis et a voce ipsa absona esse haec significatio. — Sed monuit jam *Bielius*, LXX interpretes Ps. XLVIII. (in hebr. XLIX.) 15. sic vertisse hebr. זבול, *habitatio*, *tugurium*: מזבל לו,

ex

ex habitaculo eius, LXX: ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν. Fortaſſe vero aliter legerunt. (Quid, ſi pro מזבלו legiſſent מכללו, ab ornamento eius? — מכלל enim Pſ. L, 2. verterunt εὐπρέπεια.) Sed et hebr. כבוד Pſ. CXLIX, 5. eſſe videtur ſedes vel habitatio glorioſa et ſplendida, in altero enim membro legitur משכבות; LXX καυχήσονται ὅσιοι ἐν δόξῃ καὶ ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν. — Poſſet vero etiam Sir. XXIX, 27. huc referri; ἔξελθε πάροικε ἀπὸ προσώπου δόξης, ἐπιξένωταί μοι ὁ ἀδελφὸς, χρεία τῆς οἰκίας, egredere, peregrine, ex habitatione ſplendida, aduenit enim amicus, opus eſt domicilio. Verba ἀπὸ προσώπου δόξης vertere: *propter nobiliorem qui aduenit*, propterea nollem, quia haec jam ſequuntur in verbis ἐπιξεν. μ. ὁ ἀδελφ. Ergo et hic δόξα eſſe videtur domus ſplendida, locus ſplendidus et hilaris.

Δοξάζειν τινὰ ἐπί τι, *alicui imperium, auctoritatem in aliquid dare.* Sir. III, 2. κύριος ἐδόξασε πατέρα ἐπὶ τέκνοις, καὶ κρίσιν μητρὸς ἐστερέωσεν ἐφ' υἱοῖς. coll. Ioh. XVII, 5. — *ſplendere*, ſenſu tranſitiuo, Sap. VIII, 3. Sapientia δοξάζει εὐγένειαν, nobilitatis ſplendorem prae ſe fert.

Δουλεία, *functio, munus.* Esdr. VIII, 21. vid. Ἐργασία.

Δοῦλος, *familiaris, tutela alicuius fruens.* Sap. IX, 5. ὅτι ἐγὼ δοῦλος σός. — ego ſum Iſraëlita; i. q. παῖς, et υἱὸς παιδίσκης in eodem verſu. — Vt adjectiuum legitur Sap. XV, 7. τὰ τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, vaſa puro vſui inſeruientia. Vid. *Doruille* ad Charit. Aphr. l. II. c. IV. p. 508. ed. *Reisk.* Ceterum Ion. I, 9. Alexandrini עברי, *hebraeus*

ver-

verterunt δοῦλος, עבד interpretati, vt in promptu est.

Δύναμις, *facultas, virtus innata.* cf. *Schleusn.* Sp. 2. Addo Sap. XIX, 20. πῦρ ἴσχυσεν ἐν ὕδατι, τῆς ἰδίας δυνάμεως (ἐπιλελησμένον, quod e cod. Alex. addendum est) — καὶ ὕδωρ τῆς σβεστικῆς δυνάμεως ἐπελανθάνετο. — Ep. Ierm. v. 63. vid. Εἰδέα. cf. *Loesneri* obss. e Philone ad Matth. XXV, 15.

* Δυσγένεια, *ignobilitas generis, conditio humilis.* Legitur Sir. XXII, 7. in textu Compl. τέκνα ἐν ἀγαθῇ ζωῇ — κρύψουσι δυσγένειαν; liberi honesti obtegunt generis ignobilitatem. *Dion. Halic.* T. IV. p. 2036. (ed. *Reisk.*) διὰ πενίαν, ἢ δυσγένειαν, ἢ ἄλλην τινὰ ταπεινότητα. — *Hesych.* Δυσγένειαν· ἀγένειαν.

* Δυσκλεὴς, *inglorius, inhonestus, turpis.* Legitur 3 Macc. III, 25. εἰς ἀνήκεστον καὶ δυσκλεῆ πρέποντα δυσμενέσι φόνον, ad crudele et turpe, quod immorigeros decet, supplicium. *Hesych.* Δυσκλέα. ἄδοξα, κακόδοξα. — 3 Macc. III, 23. δυσκλεεστάτη ἐμβίωσις, vita turpissima. — *Dio Cass.* l. 41. p, 272. ed. *Reim.* δυκλεέστατος ἐπὶ τῇ τότε ἐκλείψει αὐτῆς ἐγένετο, summam derelictae à se patriae infamiam habuit.

Δυσμένεια. Addo 3 Macc. III, 19. VII, 4.

Δυσμενὴς, *inimicus, hostilis, infensus,* quod S. V. *Schleusnerus* Spicileg. 2. in thesauro *Bielii* deesse jam monuit, legitur quoque 3 Macc. III, 2. Φημὴ δυσμενὴς ἐξηχεῖτο, fama infensa diuulgabatur. ibid. v. 25. Vid. δυσκλεής.

Δυσνοέω, *malo, infenso sum animo,* quod S. V. *Schleusnerus* Spicileg. 2. *Bielio* adjecit, legitur quoque 3 Macc. III, 24. vid. τεκμήριον. *Hesych.* Δύσνους· ἐχθρός.

Δυσ-

Δυσσέβεια, *impietas.* Legitur quoque 3 Esdr. I, 42.

Δυσσεβής, *impius.* Addo 3 Macc. III, 24.

Δυσφημία, *conuitium, infamia.* Deinde *scelera* omnino, *facinora execranda.* Sic videtur accipiendum esse 3 Macc. II, 26. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον θράσους προῆλθεν, ὥστε δυσφημίας ἐν τοῖς τόποις συνίστασθαι. Estne fortasse positum abstractum pro concreto? Calumnia pro *calumniatoribus, delatoribus?* coll. quae in Δικαιοσύνη et Βίος notauimus.

Δυσφόρως, *aegre.* Addo 3 Macc. III, 8. δυσφόρως ἔχειν.

Δύσχρηστος, Sap. II, 12. non est *inutilis,* sed, vt nexus docet, is qui *incommodus* est, *difficultates, impedimenta facit;* überlästig, im Wege seyn; cuius notionis exempla vid. ap. *Schweighäus.* in *Lex. Polyb.* et *Reiske* in Indice in Demosth. explicat, *difficilis, saeuus, intractabilis.*

Δωρεὰ non solum *donum,* sed et *prouentus, fructus.* Sap. VII, 14. αἱ ἐκ παιδείας δωρεαὶ, bonae disciplinae prouentus, fructus.

Δωρεὰν, *nulla necessitate vrgente.* cf. *Schleusn.* Sp. 2. Addo Sir. XXIX, 6. ἐκτήσατο αὐτὸν ἐχθρὸν δωρεὰν, *temere* sibi fecit inimicum. coll. v. 7.

Δωρέομαι, *dono, offero.* 3 Esdr. I, 7. in textu hebr. ירים *obtulit,* 2 Chron. XXXV, 7. LXX ἀπήρξατο. — δεδωρημένον, 3 Esdr. VIII, 14. chald. נדבת, LXX ἑκουσιασμὸς, Esdr. VII, 16.

E.

Ἐὰν οὖν, 3 Esdr. II, 9. chald. הן, Esdr. IV, 15.

* Ἑβραϊστὶ, *hebraice*. Prolog. Sir. ἑβραϊστὶ λεγόμενα, hebraice dicta. Ioh. V, 2. XIX, 13. et saepius in N. T.

*Ἔγγιστα, οἱ, non solum *proximi*, sed et *consanguinei, affines*. Iudith. XVI, 24. Distribuit (Iuditha moribunda) opes πᾶσι τοῖς ἔγγιστα Μανασσῆ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τοῖς ἔγγιστα τοῦ γένους αὐτῆς.

Ἐγγὺς εἶναι τῷ Θεῷ. Sap. VI, 19. cum Deo coniunctus esse, eius tutela et beneficiis frui, in singulari cum Deo esse familiaritate. coll. *Loesneri* obss. e Philone p. 465. coll. Philipp. IV, 5. Eph. II, 13. ἐγγὺς ἐγενήθητε, familiares Deo i. e. amici Dei facti estis. Sic ἀλλότριος (quod vide) alienus a Deo, idololatra.

Ἐγείρω, *erigo, exstruo*. 3 Esdr. VIII, 81. respondet hebraeo חַעֲמִיר, Esdr. IX, 9.

*Ἔγερσις, *exstructio*. 3 Esdr. V, 62. ἔγερσις τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, hebr. הוסד *fundari, fundatio*, Esdr. III, 11.

Ἐγκρατὴς, Sap. VIII, 21. *continens*, *Bielius*. Sed quanquam multi h. l. *Bielio* adsentiunt, adeoque *Eichhornius continentem* significare putat, tamen videtur esse *compos*, vt alibi, et subaudiendum τῆς σοφίας. Iam enim auctor, *modum, rationem*, qua ipse sibi comparauerit σοφίαν expositurus, docet simul quomodo et alii sapientiae fieri possint compotes. Neminem enim eam posse adipisci, nisi a Deo edoctus, quare hic, vt eam largiatur, precibus sit adeundus. coll. c. IX, 13-18. — Iam vero subiungit auctor preces, quae quidem de sapientia, non vero de castitate largienda agunt. Similiter Sir. VI, 27. ἐγκρατὴς γενόμενος μὴ ἀφῇς αὐτὴν scl. σοφίαν.

Ἐγκυ-

Ἐγκυλίω, *inuoluo, implico*, et *deuoluo, euoluo.* Legitur quoque Sir. XXXVII, 3. et ibi esse videtur: *irruo, irrumpo, prorumpo.* Verba sunt haec: ὦ πονηρὸν ἔνθυμα, πόθεν ἐνεκυλίσθης καλύψαι τὴν ξηρὰν ἐν δολιότητι; — o prauitas, vnde prorupisti, vt obtegeres terram dolo et fraude? — Veteres interpretes, Vulg. Syr. et Arabs verterunt *creare*, et vel legerunt in codd. quibus vtebantur, ἐκτίσθης, vel glossam praetulerunt lectioni textus. Codd. vero seruant κυλίω, liceat quodammodo differant eo, quod Ald. ἀνεκυλίσθης, Compl. ἐκυλίσθης habent. Grotius praetulit ἐκυλίσθης et vertit: vnde deuoluta es? — Videtur vero ἐγκυλίω h. l. omnino genuinum esse, neque lectio secundum Veteres mutanda in ἐκτίσθης. LXX enim interpretes hebr. התעלם Prou. VII, 18. verterunt ἐγκυλίσω, hoc autem verbum hebr. e significatione radicis Arab. علم Iob. VI, 16. secundum *Schultensium* et *Eichhornium* est: *irrumpere, fines excedere*, et ibi dicitur de aquis irrumpentibus et terram (ξηρὰν) inundantibus. Hoc התעלם fortasse et h. l. in textu aderat et a nepote reddebatur ἐγκυλίω siue κυλίω, quia עלם quoque est occultare, se abscondere. Quomodocunque vero quis hac de re judicet, hoc tamen nobis dabit, hanc explicationem firmari per verba καλύψαι ξηρὰν, quae quidem tropum aquarum subito irrumpentium, omniaque deuastantium valde commendant.

Ἔδαφος, *terra.* Sir. XXXVI, 10. ἄνθρωποι πάντες ἀπὸ ἐδάφους καὶ ἐκ γῆς Ἀδάμ.

Ἐθίζω, *assuefacio.* Legitur quoque 2 Macc. XIV, 30. ἐθισμένος, *consuetus.* vid. Ἀπάντησις. coll. Luc. II, 27.

Ἔθ-

"Ἔθνος. — τὰ ἔθνη, *idolorum cultores*, quibus opponuntur ſaepiſſime Iudaei. Sap. XV, 15. coll. v. 14. vbi ἐχθροὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ vocantur, et XVI, 2. Tob. III, 4. XIII, 3-7. Ep. Ierm. v. 14. — *Fiſcher* proluſſ. de V. L. N. T. p. 556. et *Vorſtius* de hebr. N. T. p. 43. ed. *Fiſch.* — Inde vero factum eſt fortaſſe, vt ad hanc vocem notio *mali animi, faſtus, inobedientiae* et *inimicitiae erga Deum*, et *ſuperbiae* accederet. Sic certe intellexerim Sir. X, 15. ῥίζας ἐθνῶν ἐξέτιλεν κύριος, καὶ ἐφύτευσε ταπεινοὺς ἀντ' αὐτῶν. Syrus vertit ܡܬܪܘܪܒܢܐ, *elati*; Arabs: مستكبرين, *ſuperbi*. Loquitur enim de ὑπερηφανίᾳ (vid. v. 13, 12.) et dicit v. 14. θρόνους ἀρχόντων καθεῖλεν ὁ κύριος καὶ ἐκάθισε πρᾳεῖς ἀντ' αὐτῶν. coll. quoque v. 16-18. et Sap. X, 15. et c. XXXII, 18. vbi ἔθνη, ὑβρισταὶ et ἄδικοι ſunt iidem. — ἔθνος ἅγιον, *Iudaei*, Sap. XVII, 2.

Εἰ μὴ, *certo, profecto*, heb. אִם־לֹא, in formulis jurandi. Iudith. I, 12. „jurauit per thronum et regnum εἰ μὴν ἐκδικήσειν — profecto vltionem ſumere. — εἴπερ *ſiquidem*, *quod ſi*. Iudith. VI, 9. — εἴτε, *ſiue*. Sap. XVII, 17, 18.

Εἰδέα, *forma*, (*pulchritudo*). Ep. Ierem. v. 63. ταῦτα δὲ οὔτε ταῖς εἰδέαις οὔτε ταῖς δυνάμεσιν αὐτῶν ἀφωμοιωμένα ἐστὶν, ſimulacra neque forma (externa) neque facultatibus cum aſtris coeli comparanda ſunt.

* Ἐιδέχθεια, *deformitas*. Legitur Sap. XVI, 3. εἰδέχθεια τῶν ἀπεσταλμένων. — *Heſych.* Εἰδεχθὲς· ἀειδὲς, αἰσχρὸν τῷ ἰδεῖν, ἤτοι ἄμορφον.

Εἶδος, *ſpecies, forma.* — *Effigies picta*, Sap. XV, 4, 5. εἶδος σπιλωθὲν χρώμασι διηλλαγμένοις, effigies tincta variegatis coloribus. Sic et *Ciceroni* ſpecies dicitur pro *ſimulacro.* Diu. I, 12. ſpecies ex aere vetus. Ibid. 36. hanc ſpeciem Praxiteles caelauit argento.
— *genus rerum, res ipſa.* Sir. XXIII, 16. δύο εἴδη πληθύνουσιν ἁμαρτίας, καὶ τὸ τρίτον ἐπάξει ὀργήν. XXV, 2. τρία εἴδη ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου, pro quo v. 7. ὑπονοήματα et c. XXVI, 5., πρόσωπον poſuerat. — Sic quoque Sir. XLII, 18. ἔγνω γὰρ κύριος πᾶσαν εἴδησιν. Etiam Latinor. *genus* eſt interdum *res.* vid. *Cic.* Att. XII, 53. Philipp. V, 4. cf. dictum ab *Euſebio* in praep. Eu. l. 4. laudatum: οἶνον καὶ γάλα βάλλε, καὶ ὕδατος ἀγλαὸν εἶδος.

Εἴδω, *mente perſpicio, ratione comprehendo.* Sap. XIII, 1. ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀγαθῶν οὐκ ἴσχυσαν εἰδέναι τὸν ὄντα. coll. v. 9. Matth. XIII, 14. XX, 29. *Suid.* Εἴδω· τὸ γινώσκω. Sap. VIII, 9, 21. — *experior, exploro*, vt et Latinor. *videre* interdum. Sap. II, 17. ἴδωμεν εἰ, *videamus, experiamini num* etc. — in altero membro eſt πειράζομεν. — *ſentio, ſenſibus experior.* 1 Macc. XIII, 3. τὰς στενοχωρίας ἃς εἴδομεν. *Eurip.* in Supplicib. v. 785. ἄλγος εἰδεῖν, dolorem perſentiſcere. Vid. etiam Ὁράω. — ἴδε, *age*, Sir. XXVIII, 24.

Εἰδολεῖον, *idoli templum.* 3 Esdr. II, 9. in textu hebraeo, Esdr. I, 7. eſt בית אלהיו templum Dei eius. 3 Macc. IV, 16. *Suid.* Εἰδωλεῖον· ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων.

Εἰμὶ, *viuere pergo, vitam protraho.* Sap. I, 14. ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, creauit omnia eo conſilio, vt viuere pergerent. coll. v. 13. et ſqq. cf. quae e *Philone* attulit lo-

ca *Loesnerus* in obff. e *Ph.* p. 250. *Polyb.* II, 43, 9. μέχρι μὲν οὖν ἦν Ἀντίγονος, quam diu in viuis erat Antigonus. Contra οὐκ εἰμὶ eft mortuus, fublatus fum. Vid. *Schleusn.* Lex. N. T. Εἰμὶ no. 7.

Ἔστι τινὶ, *licet alicui.* Cant. tr. puer. v. 9. Καὶ νῦν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα ἡμῶν. 3 Esdr. I, 4. οὐκ ἔσται ὑμῖν ἆραι ἐπ' ὤμων αὐτὴν, non licet arcam foederis humeris imponere; in textu hebr. 2 Chron. XXXV, 3, 15. eft אין־לכם. — Sir. XXIX, 21. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τί τοῦτο, non licet quaerere, cur haec? — Act. I, 7.

Ἐστὶ, *fieri poteft.* cf. *Schleusneri* Sp. 2. Addo Sap. V, 10. οὐκ ἔστιν ἴχνος εὑρεῖν, non poteft reperiri veftigium. Sir. VI, 15. οὐκ ἔστι σταθμὸς i. e. non fatis aeftumari poteft. 2 Macc. XIV, 29. vid. Ἐπεὶ. *Lucian.* Sam. Somn. T. II. p. 742. ed. *Reiz.* εἰδεῖν ἔστι videre licet i. e. videmus. Sic fexcenties Latinor. *eft*, v. c. *Ouid.* Trift. V, II, 19. „non eft comprehendere numerum." — Addo infuper: 1) ἐπὶ τῷ κλέπτῃ ἐστὶν αἰσχύνη, Sir. V, 14. vbi ἐστὶ eft i. q. μένει, furem manet, furem fuperueniet. — 2) ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἔσται ὡς σὺ, καὶ ἐπὶ τοὺς οἰκέτας παῤῥησιάσεται, cum bonis tuis aget vt te: i. e. ac fi effent fua, et in domefticos tuos arrogabit fibi imperium, Sir. VI, 11. quem locum *Linde* minus recte vertiffe videtur: in deinem Glück ift er gefinnt wie du, und fpricht frey zu deinen Hausgenoffen. 3) τοῦτο ἦν φρονήσεως, Sap. VIII, 21. Latinor. hoc jam erat fapientis, hoc erat fapientia quaedam. 4) ἐφ' ἑαυτῶν εἶναι 2 Macc. X, 27. exercitus dicitur, et eft vel: fuis finibus fe cohibuerunt, non amplius

amplius progreſſi ſunt, (*Dio Caſſi* l. 38. p. 179., ed. *Reim.* μείναντα αὐτὰ ἐφ' ἑαυτά, res Romanorum ſuis finibus contentae, ſtatus reipublicae non mutatus, ſed idem.) vel: ſibi cauerunt ab hoſte. Ἐφ' ἑαυτοῦ enim eſt *ſua ſponte*. *Reiskius* laudat *Demoſth.* 776. 21. τὴν βουλὴν (ſenatum Areopagiticum) κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς ſuae ſpontis εἶναι, in ſecreto, procul a turba, res ſuas agere, nemine interpellente. Vertendum igitur: ſuae poteſtatis, ſui arbitrii eſſe. Vulgat. vertit *reſederunt;* Syrus ܫܠܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬ ܢܦܫܗܘܢ *quieti erant apud ſe, in animis ſuis.* — Τὰ ὄντα. Vid. Ὤν.

* Εἴργω, *prohibeo, arceo, impedio, ceſſare facio.* Legitur 3 Esdr. V, 72. εἶργον τοῦ οἰκοδομεῖν. in textu hebr. Esdr. IV, 4. בלה, *terruit, deterruit,* i. q. v. ſq. ἀποκωλύειν. Verba, quae in theſauro *Bielii* leguntur: „Εἶργον, pro ἔργον, opus, 3 Esdr. V, 90." (72.) plane ſunt delenda, quia loco minime conueniunt. Legitur quoque 3 Macc. III, 18. εἶρξαν ἡμᾶς τῆς εἰσόδου, impediuerunt quo minus intraremus. Vid. quae e Demoſthene *Reiskius* in indice opp. Dem. laudauit exempla. *Heſych.* Εἶργε· κώλυε, κάτεχε.

Εἰρήνη. Non praetereundus ſilentio eſt locus, Sap. XIV, 22. vbi interpretes diſſentiunt in conſtituenda vocabuli notione. *Nachtigal* putat, εἰρήνην h. l. eſſe appellationem ſacrorum occultorum, myſteriorum, et confert loca N. T. Matth. X, 13. Luc. X, 5. 6. Ioh. XIV, 27. XVI, 33. Act. X, 36. Eph. II, 14-17. IV, 3. Phil. IV, 7. Coloſſ. III, 13. — Sed, ſatis ſubtiliter liceat, tamen minus vere

 haec

haec connexa videntur. Mallem vero εἰρήνην consueta accipere notione, vt sit *status prosper* et *tranquillus;* auctor enim hac voce vsus est non vt termino technico, sed ob oppositionem. Verba enim sunt: μεγάλῳ ζῶντες ἀγνοίας πολέμῳ, τὰ τοσαῦτα κακὰ εἰρήνην προσαγορεύουσιν. Fortasse vero auctor, qui libris V. T. saepius, quam quidam volunt, est vsus, locum Ierm. VI, 13. 14. ante oculos habuit, et quae ibi impii loquuntur, suis accommodauit temporibus, ita vt in verbo ipso nihil sit argutandum. Sic quoque Siracides I, 18. dicit, pietatem in Deum producere εἰρήνην. — *Sanitas*, Sir. XXXVIII, 9. εἰρήνη παρ' αὐτοῦ ἐστιν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς, sanitas per medicum efficitur in terra.

Εἷς, *vnus idemque.* Sap. VII, 6. μία πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση. ibid. XVII, 17. μιᾷ ἁλύσει σκότους πάντες ἐδέθησαν, vna eademque noctis catena omnes vincti tenebantur. 1 Macc. I, 43. coll. Ioh. X, 16. Sir, V, 10. εἷς ἔστω σου ὁ λόγος i. e. sis verax, non δίγλωσσος v. 10. — εἷς — εἷς, *alter, alter,* pro ὁ μὲν — ὁ δὲ, Sir. XXXI, 23. εἷς οἰκοδομεῖν καὶ εἷς καθαιρῶν, vid. sqq. et *Vorstius* de hebr. N. T. p. 50. ed. *Fisch.*

Εἰς, *ad,* et quidem notat a) *consilium, finem.* Sap. IV, 17. εἰς τί, *quo consilio,* quare. ibid. I, 14. „Deus creauit omnia εἰς τὸ εἶναι. coll. XI, 23. b) *euentum,* Sap. IV. 18. ἔσονται εἰς πτῶμα. V, 3. εἰς ὕβριν, contumeliosi, — c) *numerum et multitudinem,* nostrum *auf, circiter, ad.* Iudith. II, 5. V, 10, 15. 1 Macc. III, 24. ἔπεσον αὐτῶν εἰς ἄνδρας ὀκτακοσίους. ibid. IV, 15. 2 Macc. VIII, 1. coll. *Reiske* index

index opp. *Demosth.* et *Schweighäus.* Lex. *Polyb.* — d) locum ad quem. Iudith. X, 13. ἔρχομαι εἰς τὰ πρόσωπον Ὀλοφέρνου.

— *in, aduersus, erga.* Iudith. VI, 17. „quae Holofernes minatus esset εἰς τὸν οἶκον Ισραήλ. — 2 Macc. VIII, 4. τῶν γενομένων εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημιῶν. 2 Macc. IX, 26. εὔνοια εἰς ἐμὲ καὶ τὸν υἱόν μου, beneuolentia erga me. —

— *in commodum, in vsum.* Sir. XXXVII, 7. συμβουλεύων εἰς ἑαυτόν, in rem suam consulens. Ep. Ierm. v. 10. „Sacerdotes auferentes argentum et aurum ab idolis εἰς ἑαυτοὺς καταναλοῦσι, in ipsorum conuertunt vsum.

Denique respondet hebr. ב essentiae vt ἐν (quod vide) et plane redundat. 3 Esdr. V, 58. ἐργωδιῶκται ποιοῦντες εἰς τὰ ἔργα (pro τὰ ἔργα) ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. Sir. XL, 8. „expergefactus e somnio quo angebatur, καὶ θαυμάζων εἰς οὐδένα φόβον, et miratus vanum timorem. Huc et pertinet formula ἐπικαλεῖν τινὰ εἰς Θεόν. coll. Matth. XIX, 5. Eph. V, 31. 2 Cor. VI, 16. et *Vorstius* de hebr. N. T. p. 679 sqq. ed. *Fisch.*

* Εἰσείδω, *inspicio, respicio,* et quidem ita, vt animo commouear, et opem feram. Legitur Iudith. IV, 13. εἰσήκουσε κύριος τοῖς φωνῆς αὐτῶν, καὶ εἰσεῖδε τὴν θλίψιν αὐτῶν.

Εἰσέρχομαι, *versor, commoror.* Sap. I, 4. εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, non commorabitur, i. q. κατοικεῖν in altero membro. — Εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, *existere, esse incipere.* Sap. II, 24. φθόνῳ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. c. XIV, 14. idem dicitur de idololatria. coll. 2 Ioh. v. 7.

Εἴσοδος εἰς τὸν βίον, *natiuitas,* Sap, VII, 6. — *via* fimpliciter, *veſtigium, quod pede teritur.* Sir. XIV, 22. ἔξελθε ὀπίσω αὐτῆς, ὡς ἰχνευτής, καὶ ἐν ταῖς εἰσόδοις αὐτῆς ἐνέδρευε. — Sic et 3 Esdr. VIII, 61. vel hebr. כף vel fequens דרך, Esdr. VIII, 31. interpres vertit per εἴσοδος.

Εἶτα. Sap. XVII, 16. εἶθ' οὕτως, *poſtea, deinde, eo facto.* *Heſych.* Εἶθ' οὕτως· μετὰ ταῦτα. — 1 Cor. XI, 28.

Ἐκ, ἐξ, *per.* Sir. XIII, 11. ἐκ πολλῆς λαλιᾶς πειράσει σε. Iudith. IX, 10. vbi Iuditha Deum precatur, vt trucidet hoftes ἐκ χειλέων ἀπάτης σου; eorumque frangat faftum ἐν χειρὶ θηλείας. — c. XVI, 12. ἀπώλοντο ἐκ παρατάξεως κυρίου μου, perierunt per exercitum domini mei; vbi refpondet hebr. מ, מן. Vberius hunc particulae vfum probauit *Gatakerus,* opp. cr. p. 137. G. qui et latinorum e, ex ficdicis exemplis docuit.

— *a,* in phrafi: ἐξελεύσῃ ἐκ τοῦ προσώπου μου, Iudith. II, 5. quibus verbis rex Holofernem dimittit, i. q. v. 14. in eadem phrafi ἀπό. — Ibid. IV, 3. „vafa, altare, et templum ἐκ τῆς βεβηλώσεως ἡγιασμένα ἦν. — cf. *Raphelii* ann. e Xenophonte ad Ioh. V, 1.

— *ſecundum.* ἐκ πλήθους, fecundum multitudinem i. e. largiter, abunde. 3 Esdr. VIII, 21. coll. Matth. XII, 34. Luc. XIX, 22. et *Reiske* ind. opp. Demofth.

Ἐκβαίνω, *egredior,* — *orior.* Sir. XXXVIII, 18. ἀπὸ λύπης γὰρ ἐκβαίνει θάνατος, nimiam triftitiam fequitur mors. *Dio Caſſ.* lib. 47. p. 519. ed. *Reim.* τὰ ἐκβάντα τὰ ἐκ αὐτοῦ fcl. ἀγῶνος, quae id certamen fequuta, ex eo orta funt.

Ἐκ-

Ἐκβάλλειν προφυλακὰς, *procubitores emittere, Wachen, Vorposten aussetzen*, i. q. ἀποστέλλειν, שלח, 1 Macc. XII, 27. Vel προφυλακὰς ποιεῖν apud *Ioseph.* antiquitat. lib. XIII. c. V. p. 650. ed. *Hau.* vid. *Fischer* proluss. de Vitiis L. N. T. p. 537 sq. coll. Matth. XII, 35. IX, 38. ἐκβάλλειν ἐργατὰς, operarios emittere. Ioh. X, 4.

* Ἐκδεκτέον, *vt verum accipiendum, existimandum.* Epist. Ierm. v. 56. πῶς οὖν ἐκδεκτέον, ἢ νομιστέον ὅτι εἰσὶ Θεοί, quomodo putandum aut censendum, eos esse Deos. Alex. inuerso ordine νομιστέον ἢ δεκτέον, Vulg. aestimandum aut recipiendum. Compl. δεκτέον. Ald. κλητέον, vt Arabs.

* Ἐκδημία, *peregrinatio, discessus.* Legitur 3 Macc. IV, 11. τοῖς εἰς τὴν χώραν στελλομένοις πρὸς ἐκδημίαν et eodem sensu apud *Polyb.* vid. Index. *Hesych.* Ἐκδημεῖ· ἀποδημεῖ· ἀναχωρεῖ.

Ἐκδίδωμι, in publicum edere, *in lucem proferre.* ἐκδοῦναι βιβλίον, libellum edere, Prolog. Sir. — *Polyb.* II, 37, 6. ἐκδοῦναι ἱστορίαν, historiam in publicum edere. *Dionys. Halic.* T. VI. ed. *Reisk.* p. 721. (Ep. I. ad Ammaeum) εἰς ὄχλον ἐκδοῦναι τὸ σύνταγμα, opus edere. — De legibus est *promulgare, publice praecipere,* (vid. *Schleusn.* Spicil. 2.) 3 Esdr. VIII, 4. νόμος ἐκδεδόμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, lex mosaica promulgata a Deo, in hebr. Esdr. VII, 6. est נתן. — 3 Esdr. I, 32. ἐξεδόθη τοῦτο γενέσθαι — praecipiebatur (scl. edicto) — hebr. 2 Chron. XXXV, 25. est ויתנום לחוק. — ἐκδοῦναι αὔλακας, *sulcos trahere*, Sir. XXXVIII, 26. pro quibus, Iob. XXXIX, 10. ἑλκύειν αὔλακας.

Ἐκ-

Ἐκδικέω, *punio* simpliciter, sine notione vindictae. Sir. V, 3. καὶ μὴ εἴπῃς, τίς με δυναστεύσει; ὁ γὰρ κύριος ἐκδικῶν ἐκδικήσει σε. Sir. XXIII, 21. οὗτος ἐν πλατείαις πόλεως ἐκδικηθήσεται. Sic quoque

Ἐκδίκησις est simpliciter *poena*. Sir. XII, 6. ἀποδοῦναι ἐκδίκησιν, poenas retribuere; ibid. VII, 17. ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκώληξ.

Ἐκεῖνος, 3 Esdr. II, 22, chald. דך, Esdr. IV, 15.

Ἐκζητεῖν τὴν ψυχήν τινός, quod *Bielius* ex alio loco (Prou. XXIX, 10.) vertit: mortem alicuius vindicare, legitur quoque Ep. Ierm. v. 7.: et esse videtur: *mentem explorare* scl. num ab idololatria purus Deoque vero deditus sit; vel: *curam habere alicuius*, h. l. curare ne mens Iudaeorum idololatria contaminetur. Saepius enim hebr. נצר LXX reddunt ἐκζητ. v. c. Ps. CIV, 44. ἐκζητῶν τὸν νόμον. coll. Ps. CXVIII, 56, 100.

Ἔκθυμος, *accensus ira, excandescens*, quod jam S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 2. *Bielio* adjecit, legitur quoque 2 Macc. XIV, 27.

Ἐκκλησία ὑψίστου, *congregatio coelestium*, (angelorum, piorum vid. Ἅγιος) Sir. XXIV, 1. ἐν ἐκκλησίᾳ ὑψίστου στόμα αὐτῆς ἀνοίξει, καὶ ἔναντι δυνάμεως αὐτοῦ καυχήσεται. Non vero silentio praetereunda esse videtur *Grotii* explicatio, qui ἐκκλησίαν interdum Synedrium magnum κατ' ἐξοχὴν appellari monet, et ἔναντι δυνάμεως vertit: *in templo*, vbi est arca foederis, quae עז hebraeis vocetur.

Ἐκλίνω, proprie *declino de via;* deinde: *fata aduersa subeo*, quia qui via aberrant, facile pereunt. Sir. XII, 15. ὥραν μετὰ σοῦ διαμένει, καὶ ἐὰν ἐκκλίνῃς, οὐ μὴ καρτερήσῃ, ad breue tempus

tempus tecum versabitur, te vero, infelicem, deseret. P. R. *Linde* bene vertit: schlägt dein Glück um. — *Auersor, fugio.* Sir. XXXVI, 17. ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς ἐκκλίνει ἐλεγμόν. ibid. cap. VII, 2. ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδίκου, καὶ ἐκκλινεῖ ἀπὸ σοῦ. *Dionys.* H. Art. Rhet. T. V. p. 383. ed. *Reisk.* ἡμεῖς δ' ἂν αὐτὰ (scl. ὀνόματα) εἰκότως ἐκκλίνομεν, nos vero merito ab vsu obsoletorum vocabulorum abstinemus. Exempla e *Polybio* allegauit *Schweighäuser* in Lex. *Polyb.*

Ἐκκολάπτω, *exsculpo,* legitur praeter vnum illum locum, quem *Bielius* laudauit, 3 Macc. II, 27. στήλην ἀναστήσας ἐξεκόλαψεν γραφήν.

Ἐκνεύω, *deflecto* scl. a meliore ad peius, 3 Macc. III, 22. διηνεκῶς εἰς τὸ φαῦλον ἐκνεύοντες, semper ad prauum deflectentes. Vid. quoque *Loesneri* obss. e Philone p. 144. et *Doruille* ad Aphr. Char. l. III. c. 3. p. 365. ed. *Reisk.*

Ἐκουσιάζεσθαι τῷ νόμῳ, 1 Macc. II, 42. *Bielius* minus recte vertit: sponte legi parere. Est potius sponte se sacrificii instar, offerre *pro lege.* Respondet enim hebr. נדב sponte offerre, et מתנדב לתורה non esse potest sponte parens legi.

Ἑκούσιος, *sacer, dicatus* i. q. ἅγιος. Esdr. VIII, 28. hebr. נדבה. ὑμεῖς ἅγιοι τῷ κυρίῳ, καὶ τὰ σκεύη ἅγια, καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον ἑκούσια τῷ κυρίῳ. — Alter interpres 3 Esdr. VIII, 58. vertit εὐχή, quod vide.

Ἐκπαίζειν, quod S. V. *Schleusnerus* in Spic. 2. e 3 Esdr. I, 51. *Bielio* adjecit, ibi respondet hebr. התעתע *irrisit, derisit.* 2 Chron. XXXVI, 16.

Ἐκπίπτειν, *eminare, prolabi, erumpere.* Sir XLIII, 14. ἠνεῴχθησαν θησαυροὶ (scl. coeli) καὶ ἐξέπτησαν νεφέλαι ὡς πετεινά i. e. *velocissime.*

Ἐκπρεπής, *insignis,* legitur quoque 3 Macc. III, 17.

Ἐκριζόω, 1) *eradico.* 2) *penitus euerto, destruo.* 1 Macc. V, 51. καὶ ἐξερρίζωσεν τὴν πόλιν. coll. Sir. III, 8. XLIX, 8.

Ἐκτενία s. ἐκτένεια, *Biel. extensio, contentio.* Sed Iudith. IV, 9. est *assiduitas, vehementia.* ἐν ἐκτενίᾳ μεγάλῃ, instantissime, acerrime. coll. Actor. XXVI, 7. Sic et ἐκτενής, 3 Macc. V, 29. vid. *Schleusn.* Spicil. 2. — Significat quoque *tenorem,* argumentum, 3 Macc. VI, 41. ἐπιστολὴ — ἔχουσα τὴν ἐκτένειαν, i. q. c. XI, 34. ἔχουσα [illegible] et v. 16. περιέχουσα τὸν τρόπον τοῦτον. *Hesych.* Ἐκτενῶς· συνεχῶς ποιεῖν τὸ αὐτό. et Ἐκτενία· ἐπίτασις.

Ἐκτίθημι, *expono,* de iis dicitur qui exponunt infantes. Sap. XVIII, 5. τέκνος ἐκτεθείς. Vid. *Stephani* thes. s. h. v. Dicitur eodem sensu Act. VII, 21. de Mose.

Ἐκτός. Cant. IV, 1, 3. VI, 7. hebr. מבעד *e circa; ex* [illegible] — Prol. Sir. οἱ ἐκτὸς scl. ὄντες, *exteri,* vel: *non in Palaestina viuentes,* vel: *non Iudaei.* Mallem prius.

* Ἐκφυγή, *effugium.* Legitur 3 Macc. IV, 19. δεδωροκοπημένοι εἰς μηχανὴν τῆς ἐκφυγῆς, donis corrupti ad inueniendum (Iudaeis) effugium.

Ἐκχέειν τι dicitur, qui *multus est in aliqua re,* qui *largiter et copiose aliquid tribuit.* Sir. XVI, 11. δυνάστης ἐξιλασμῶν (scl. Θεὸς) καὶ ἐκχέων ὀργήν, i. e. grauissime puniens. Sir. XVIII, 11. ἐξέχεεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ ἔλεός σου. Sir.

XXIV,

XXIV, 35. διδασκαλίαν ἐκχέειν. Vid. quae a S. V. Schleusnero in Spic. 2. dicta sunt; coll. *Kuinoel.* obss. e Libr. apocr. ad N. T. p. 171. Tit. III, 6. Act. II, 17, 33.

Ἐκχύομαι, *dispergor;* de exercitu est: *effuse fugere*, et sic legitur Iudith. XV, 2, vbi de exercitu Holofernis cum aufugeret leguntur: οὐκ ἦν ἄνθρωπος μένων κατὰ πρόσωπον τοῦ πλησίον ἔτι, ἀλλ' ἐκχυθέντες ὁμοθυμαδὸν ἔφευγον ἐπὶ πᾶσαν ὁδὸν — non amplius seruabant ordinem, sed effuse omnes quacunque poterant via aufugerunt. *Bielius* male vertit: *impetum facientes*, et dicta esse putat verba de Iudaeis. Laudauit loca quaedam e Philone b. *Loesnerus* ad Ep. Iud. v. 11. quae nostrum egregie illustrant. v. c. Phil. in Flacc. p. 982. D. (ed. *Mang.*) ἅμα τῇ ἕω διὰ πυλῶν ἐκχυθέντες, summo mane portis effusi.

— *profundor sine vtilitate.* Sir. XIX, 13. σοφὸς ἐν λόγῳ ἑαυτὸν προσφιλῆ ποιήσει, χάριτες δὲ μωρῶν ἐκχυθήσονται. coll. Luc. V, 37. Metaphora ab aquis, quae effusae perduntur, est ducta.

Ἐλάττωμα, *diminutio, damnum,* Sir. XIX, 24. Haec *Biel.* et sic quoque ἐλάσσωμα, 2 Macc. XI, 13. interpretatur. Est vero proprie: *inferior conditio*, deinde, quae cum illa coniuncta est, *imbecillitas, defectus rerum.* Sic Sir. XIX, 28. καὶ ἐὰν ὑπὸ ἐλαττώματος ἰσχύος κωλυθῇ ἁμαρτάνειν, ἐὰν εὕρῃ καιρὸν, κακοποιήσει, et si vel virium defectu impediatur quo minus mala patret, tamen, occasione data, etc. — Deinde de exercitu: *inferior, deterior conditio*, qua scl. victus est ab hoste; inde *strages.*

gea. 2 Macc. XI, 13. quo fenfu apud *Polybium* faepiffime. Vid. *Schweighäuferi* Lex. *Polyb.* s. h. v.

Ἐλαύνομαι, *angor* grauiffime, *exagitor*. Sic Sap. XVII, 15. τὰ μὲν τέρασιν ἠλαύνοντο φαντασμάτων. XVI, 18. θεοῦ κρίσει ἐλαύνονται. Vid. quoque *Reiskii* index opp Demofth. *Iofephus* (antiq. lib. II. c. 14. p. 109. ed. *Hau.*) eodem verbo vtitur in defcribendis angoribus Aegyptiorum: ὑπὸ τούτων τῶν κακῶν ἐλαυνομένων τῶν Αἰγυπτίων.

Ἐλάχιστος, *infimus in republica, dignitate, honore, auctoritate destitutus.* Sap. VI, 6. vbi reges et principes monentur, vt iuftitiae ftudeant, neque inferiores premant, ὁ γὰρ, inquit, ἐλάχιστος συγγνωστὸς ἐστιν ἐλέους, fcl. Θεοῦ δυνατοὶ δὲ κ. τ. λ. Eodem fenfu c. II, 10. legitur πένης. Vide e N. T. Matth. II, 6. V, 19. *Hefych.* Ἐλάχιστος — ἔσχατος.

Ἐλεημοσύνη, *beneficentia, munificentia.* Tob. XIV, 11. Sirac. III, 30. vid. Δικαιοσύνη. — Deinde id quod datur pauperibus, *argentum.* Sir. XXIX, 12. σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμείοις σου.

Ἔλεος, *benignitas.* 2) *venia peccatorum*, quae a mifericordia Dei pendet. Cant tr. puer. v. 14. „non locum habent facra, οὐδὲ τόπος (ἐστι) καρπῶσαι ἐναντίον σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος, neque locus, quo facrificia tibi offerre, et peccatorum veniam impetrare poffimus. 3) *pietas* erga Deum qua emendati, eum propitium nobis reddere ftudemus, *probitas.* cf. *Schleusn.* Spicileg. 1. et 2. Refpondet hebr. חסד, et eft i. q. δικαιοσύνη. Sir. XLVI, 7. Iofua et Caleb ἐποίησεν ἔλεος, pie, fecundum legem Dei egerunt, fcl. cum redirent ex-

exploratores. 1 Macc. XVI, 3. vbi Simon, filiis exercitus imperium traditurus, dicit: ὑμεῖς ἐν τῷ ἐλέει ἱκανοί ἐστε καὶ ἐν τοῖς ἔτεσι, vos jam non solum annis, sed et religione, pietate estis satis idonei. coll. 1 Macc. II, 56.

* Ἐλευστέον, *veniendum, prodeundum.* Legitur 2 Macc. VI, 17. δι' ὀλίγων δὲ ἐλευστέον ἐπὶ τὴν διήγησιν, jam vero ad narrationem ipsam veniendum est. Est formatum vt νομιστέον, ἐκδεκτέον. Apud *Bielium* legitur sub Ἔρχομαι.

Ἐλεφαντάρχης, *magister elephantum.* Addo 3 Macc. V, 4, 45.

Ἕλκω, *traho.* De fato legitur. Sap. XIX, 4. vid. Ἀνάγκη. Sic Latinor. *trahi fato.* — ἕλκειν γάλα, *lac sugere.* 3 Macc. V, 49.

Ἐμβλέπειν εἰς vel ἐν, *respicere, inspicere cum desiderio.* Sir. XXX, 21. ἐμβλέπειν εἰς χεῖρας τινός, cum desiderio in aliorum manus inspicere i. e. beneficia ab iis expectare, petere. Sir. LI, 7. ἐμβλέπων εἰς ἀντίληψιν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἦν, desideraui hominum auxilium, et nullum erat. coll. Sir. XLII, 18. Sic quoque ὀφθαλμὸς saepissime est *desiderium*, quia hoc oculorum motu cernitur. Vid. Ὀφθαλμός.

Ἐμβάλλειν. 3 Esdr. VI, 20. ἐμβάλλειν τοὺς θεμελίους, chald. יהב אשׁיא, LXX ἔδωκε θεμέλ.

* Ἐμβολή, *injectio, jactus* v. c. teli, (*Polyb.* VI, 22, 4.) lapidis (*Polyb.* VIII, 19, 3.). Legitur 3 Macc. IV, 7. δεσμίαι δὲ δημόσιαι μέχρι τῆς εἰς τὸ πλοῖον ἐμβολῆς εἵλκοντο μετὰ βίας, — vsque ad injectionem in nauem i. e. vsque dum injecti, intrusi essent in nauem. Sic h. l. ἐμβολή intelli-

telligendum videtur propter addita εἰς, τὸ πλοῖον. Sed ἐμβολὴ h. l. quoque pro loco, quo quid injicitur, pro *aditu* dictum esse potest; vt apud *Iosephum* de bell. Iud. lib. V. c. II. p. 321. ed. *Hau.*

* Ἐμπειρέω, *peritus sum, expertus sum, calleo, experientia cognosco.* Tob. V, 6. πορεύσομαι μετὰ σοῦ, καὶ τῶν ὁδῶν ἐμπειρῶ. In Ald. et Compl. haec verba desunt. — Sic et *Polyb.* ἐμπειρεῖν τῆς χώρας, τῶν τόπων.

Ἐμπίπτω εἴς τι interdum ita ponitur, vt per aliud verbum actiuum vertendum sit. Sic Sap. XVI, 11. Εἰς γὰρ ὑπόμνησιν τῶν λογίων σου ἐνεκεντρίζοντο, καὶ ὀξέως διεσώζοντο, ἵνα μὴ εἰς βαθεῖαν ἐμπεσόντες λήθην, ἀπερίσπαστοι γένωνται τῆς σῆς εὐεργεσίας, — — ne plane obliti (Dei et mandatorum eius) incuriosi fierent beneficiorum Dei. *Dio Cass.* l. 41. p. 299. ed. *Reim.* „Milites Caesaris et Pompeji, cum in acie, se eiusdem gentis esse agnoscerent, ἐς δάκρυα καὶ θρῆνον ἔπεσον i. e. valde lacrymarunt et luxerunt.

Ἐμπιστεύομαι, *fidei committor, fide dignus invenior.* Vtroque modo verti posse videtur Sir. I, 15. μετὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν ἐμπιστευθήσεται (scl. ἡ σοφία) sapientia aqud posteros fide digna est reperta, i. e. *valet*, vel fidei eorum commissa, tradita est. In priori membro θεμέλιον ἐνόσσευσε. Non vero cum *Bielio* vertendum: cum semine illorum secura erit.

Ἐμπλέκομαι, *implicor, immisceor.* 2 Macc. XV, 17. vbi est *implicari hostibus*, i. e. *confligere, manum conserere.* μετὰ πάσης εὐανδρίας ἐμπλακέντες. coll. 2 Tim. II, 4. Similiter *Demosthen.* 1395. 3. ed. *Reisk.* dicitur:

cit: οἱ ποτὲ συμμίξαντες αὐτῷ, in cubili ibi congressi. — Legi quoque arbitror, Sap. V, 7. vid. sq. Ἐμπλήθομαι.

Ἐμπλήθομαι τινός, *detineor aliqua re, eam respicio, eius rationem habeo.* Sir. II, 16. ἐμπλησθήσονται νόμου i. q. antea v. 15. συντηρήσουσι τὰς ὁδούς, — legem obseruabunt. — Sap. V, 7. ἀνομίας ἐνεπλήσθημεν τρίβοις καὶ ἀπωλείας. Syr. et Ar. legerunt ἐνεπλήσθημεν, sed Vulgatus: *lassati sumus.* Membrorum parallelismus postulat notionem *eundi, ambulandi;* quare pro ἐνεπλήσθ. legere mallem ἐνεπλέχθημεν (ab ἐμπλέκω), *irretiati sumus* viis exitiosis. Sic Prouerb. XXVIII, 18. σκολιαῖς ὁδοῖς ἐμπλακήσεται. coll. 2 Petr. II, 20. Metaphora ducta est a via tortuosa labyrintho, quo quis irretiatus perit.

Ἐμφυσιόω, *inflo, inspiro,* 3 Esdr. IX, 49, 56. Haec *Bielius.* — S. V. *Schleusnerus* in Spicileg. 1. huic verbo vindicare studuit notiones *explicandi* v. 48. et *recreandi, exhilarandi* v. 55. Sed S. V. sagacissimique Viri pace liceat de veritate huius explicationis dubitare, quum, quas posuit notiones, nec verbo nec contextae orationi satis conueniant. Quod vero rem conficit, est textus hebraeus Nehem. VIII, 8. et 12. quem auctor huius libri graece reddidit. Ibi vero v. 8. est יבינו במקרא quod 3 Esdr. l. l. v. 48. vertit noster ἐμφυσιοῦντες ἅμα τὴν ἀνάγνωσιν; et Nehem. l. l. v. 12. iterum est כי הבינו בדברים אשר הודיעו quod interpres 3 Esdr. l. l. v. 55. vertit: ὅτι γὰρ ἐνεφυσιώθησαν ἐν τοῖς ῥήμασιν, οἷς ἐδιδάχθησαν. — Facile intelligitur הבינו et יבינו respondere verbo ἐμφυσ. nostrumque haud dubie legisse יביעו et הביעו

a

a כשה vel נבע, quod est *spirare*, *inflare*, quam literarum ע et כ permutationem facillime potuisse fieri, non est quod demonstretur. Vulg. vertit: *et praeferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem.* Syrus: ܟܕ ܡܬܢܦܚܝܢ ܗܘܘ ܐܟܚܕܐ ܘܠܩܪܝܢܐ *cum aspirarent simul quoque praelecto.* In posteriori vero loco vulg. *exaltati;* Syrus ܐܬܢܦܚܘ ܗܘܘ. In vtroque loco Syrus de *inspiratione* quadam cogitasse videtur.

Ἐν. Huius praepositionis vsum e libris apocryph. V. T. docere, *Bielius* plane omisit; quare jam liceat loca huc pertinentia paucis videre, significationesque, ordine non anxie quaesito vel confirmare vel addere.

1) *ad* pro εἰς, vt Atticis saepius dici, *Bielius* e *Suida* refert. Sir. XLII, 12. ἐμβλέπειν ἐν κάλλει pro εἰς καλλ. alibi enim ἐμβλέπειν construitur cum εἰς. Sir. XLIII, 4. κάμινον φυσῶν ἐν ἔργοις καύματος, ignem in fornace flando augens ad opera per aestum perficienda. Esdr. VII, 10. ἔδωκε ἐν καρδίᾳ pro εἰς τὴν καρδίαν. coll. Matth. VI, 4. XIV, 3. et *Munthe* obss. e Diod. S. ad Luc. XXIII. 42.

2) *pro, loco.* Sir. VII, 18. μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου, μηδ' ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ. Sir. XII, 5. διπλάσια κακὰ εὑρήσεις ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, οἷς ἂν ποιήσεις αὐτῷ.

3) *propter*, 3 Esdr. V, 62. hebr. על, Esdr. III, 11. Sir. III, 13.

4) *aduersus*, Ion. I, 2. κήρυξον ἐν αὐτῇ hebr. עליה. Iudith. VI, 2. προεφήτευσας ἐν ἡμῖν, praedixisti aduersus nos. coll. 2 Cor. VIII, 7. Matth. XVII, 12. Luc. XXI, 23. — Insuper

super addendae significationes praetermissae a *Bielio*. 1) *inter* (cf. *Schleusn.* Sp. 2.). Iudith. XIV, 7. εὐλογημένη σὺ ἐν παντὶ σκηνώματι Ἰούδα, καὶ ἐν παντὶ ἔθνει. vid. etiam I, 8. Tob. III, 4. XIII, 3, 5. Θεὸς διέσπειρεν ἡμᾶς ἐν αὐτοῖς (ἔθνεσι). Sap. V, 5. πῶς κατελογίσθη ἐν υἱοῖς Θεοῦ. Sir. XXIX, 18. VII, 7. coll. Rom. I, 6. Luc. VII, 16. — 2) *intra*, 3 Esdr. IX, 4. ἐν δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις, hebr. ל, Esdr. X, 8. coll. Matth. XXVII, 10. Ioh. II, 19, 20. — 3) *apud*, i. q. παρὰ Sap. V, 15. ἐν κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν, καὶ ἡ φροντὶς αὐτῶν παρὰ κυρίου. coll Act. II, 29. XII, 11. VII, 44. — 4) *quod attinet, respectu.* 1 Macc. XVI, 3. i. q. κατά. Vid. Ἔλεος. coll. Ioh. IV, 37. 1 Cor. III, 18. XI, 21. — 5) respondet ב essentiae Hebraeorum, et est nota nominatiui et accusatiui. Vid. *Schleusner.* Spic. 2. — Iudith. VI, 12. καὶ ἔβαλον ἐν λίθοις (i. e. λίθους) ἐπ' αὐτούς. 3 Esdr. I, 51. ἐμυκτήρισαν ἐν τοῖς ἀγγέλοις, hebr. לעב sqnte ב; alibi μυκτηρ. cum accusatiuo constructum legitur, v. c. Prou. XII, 8. XV, 21. Vid. quoque Esdr. VIII, 15. coll. 3 Esdr. VIII, 41. et Sir. XIX, 16. Matth. X, 32. Ioh. IX, 30. — 6) *periphrasin facit adjectiui et aduerbii.* Sap. III, 13. κοίτη ἐν παραπτώματι, concubitus *illegalis.* Sap. XVIII, 9. ἐν ὁμονίᾳ *vnanimes*, coll. III, 5, 23. Sir. III, 11. μητὴρ ἐν ἀδοξίᾳ i. e. μ. ἄδοξος; mater malae famae. coll. XL, 17, 27. — Iudith. I, 11. ἐν ἀτιμίᾳ ignominiose. Sap. XI, 9. ἐν ἐλέει, *leniter*, ἐν ὀργῇ, *seuere.* — 7) Denique exprimit datiuum commodi, hebr. ל. Sap. IV, 15. χάρις καὶ ἔλεος ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. coll. Sir. III, 7.

'Ἐναλλαγὴ Sap. XIV, 26. γενέσεως ἐναλλαγὴ, *generis commutatio*, peruerſa et praua concubitum exercendi ratio, *paederaſtia*, quaeque his ſunt ſimilia flagitia. cf. ad h. l. Rom. I, 26.

Ἔναντι, 1) i. q. παρὰ, ἐν ὀφθαλμοῖς, ἐν ὄψει, *apud, judicio, judicante.* Sir. X, 7. μισητὴ ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώπων ὑπερηφανία. VII, 5. μὴ δικαιοῦ (noli te juſtum venditare) ἔναντι κυρίου, καὶ παρὰ βασιλεῖ μὴ σοφίζου. Sic quoque

'Ἐναντίον, *coram*, 3 Esdr. VIII, 17. chald. קדם, quod idem ſignificat, Esdr. VII, 19. — *judicio* i. q. ἐν ὀφθαλμοῖς etc. Iudith. I, 11. „et Nebucadnezar erat ἐναντίον αὐτῶν ὡς ἀνὴρ ἴσος. coll. Luc. XXIV. 19. — *comparate*, indicatque relationem rei ad rem. Sap. XI, 22. ἐναντίον σου, *ſi comparatur tecum.* ibid. VII, 9. ἐναντίον αὐτῆς, in comparatione eius, i. q. antea ἐν συγκρίσει, ἐν ὄψει v. 8.

* 'Ἐνάρχω, *incipio.* Sir. XXXVIII, 16. ὡς δεινὰ πάσχων ἔναρξε θρήνου. Rariùs ſic legitur ἄρχω, incipio, pro ἄρχομαι; ſed ἐξάρχω ſaepius ita dicitur, v. c. 3 Macc. IV, 6.

'Ἐνάρχωμαι eſt etiam *dominor.* Sir. XXXVI, 24. ὁ κτώμενος γυναῖκα, ἐνάρχεται κτήσεως, βοηθὸν κατ' αὐτὸν καὶ στύλον ἀναπαύσεως.

'Ἐνδείκνυμι, *exhibeo.* Addo 2 Macc. XIII, 9. τὰ χείριστα ἐνδειξόμενος τοῖς Ἰουδαίοις. coll. 1 Timoth. IV, 14. Genſ. L, 15, 17.

'Ἔνεδρον, non ſolum *inſidiae*, ſed et *offendiculum* (πρόσκομμα), *cauſa peccandi.* Sap. XIV, 21. καὶ τοῦτο (imago regis) ἐγένετο τῷ βίῳ εἰς ἔνεδρον, hominibus occaſionem praebuit, vt ad idololatriam deflecterent.

'Ενεκεν: τίνος ἕνεκεν, Ion. I, 7. respondet hebr. באשר למי et v. 8. בשלמי.

'Ενέργεια, *vis agendi portentosa, miraculum a Deo profectum*. 3 Macc. IV, 21. τοῦτο δὲ ἦν ἐνέργεια τῆς τοῦ βοηθοῦντος Ἰουδαίοις ἐξ οὐρανοῦ προνοίας. ibid. V, 28. vid. *Grotius* ad h. l. et *Schweighäuser* in Lex. *Polyb.* s. h. v. et quae *Munthius* obseruauit e *Diodor. S.* ad Philipp. III, 21. et Eph. I, 19. — *facultas operandi*, Sap. VII, 26. vbi sapientia appellatur ἔσοπτρον τῆς Θεοῦ ἐνεργείας i. e. similiter ac Deus potest formare, gubernare et conseruare mundum.

'Ενεργέω, *paro, largior*. Ad vnum a *Bielio* firmandae huius significationis caussa allatum locum, addo Sir. X, 4. καὶ τὸν χρήσιμον (βασιλέα) ἐνεργεῖ (ὁ Θεὸς) εἰς καιρὸν ἐπ' αὐτῆς (scl. γῆς), bonum regem Deus tempore opportuno largitur terrae. *Hesych.* Ἐνεργεῖται· κατασκευάζεται. coll. Galat. II, 8. Eph. I, 11. *Ioseph.* antqq. l. XV. c. V. p. 754. ed. *Hau.* τὸν δὲ πόλεμον, ὅτι καὶ θέλει τοῦτον ἐνεργεῖσθαι, καὶ δίκαιον οἶδεν, δεδήλωκεν αὐτός (scl. θεός.)

'Ενθυμέομαι, *volo, desidero*. 3 Esdr. VIII, 11. ὅσοι οὖν ἐνθυμοῦνται, συνεξορμάσθωσαν, quicunque voluerint, desiderauerint, tecum proficiscantur. Respondet τῷ βούλομαι v. 10. et in textu chald. Esdr. VII, 13. vocabulo מתנדב, quod LXX ἑκουσιαζόμενος verterunt. *Iosephus* antiquit. l. XI. c. V. p. 569. ed. *Hau.* ὁ βουλόμενος ἀπίτω.

* "Ενιοι, *aliqui, nonnulli*. Legitur bis, 3 Macc. II, 31. III, 4.

'Ενίστημι, *insto*. 3 Esdr. V, 47. hebr. נגע, Esdr. III, 1.

'Ἐννοέω, *volo, in consiliis habeo.* Iudith. XI, 5. ἐγενήθησαν ἃ ἐνενοήθης, καὶ παρέστησαν ἃ ἐβούλευσας.

'Ἔννοια, *consilium, voluntas.* Susann. v. 28. πλήρεις τῆς ἀνόμου ἐννοίας κατὰ Σωσάννης dicuntur presbyteri, qui Susannam jam coram judicio accusauerant, vt capitis damnaretur. *Hesych.* Ἔννοια, βουλή.

'Ἐνοικέω, *vna versor, in societate alicuius viuo,* i. q. συνοικέω. Sir. XXV, 16. συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδοκήσω, ἢ ἐνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς.

'Ἐνοπλίζω, proprie quidem *armis instruo,* deinde vero *instruo quauis re.* Iudith. XV, 13. ἐνωπλισμένοι μετὰ στεφάνων, *coronis ornati.*

'Ἐνοχλέω, 3 Esdr. II, 22, 29. ἐνοχλοῦσα chald. מהנזקת *damno afficiens.* Esdr. II, 15, 22.

'Ἔνοχος, proprie *adstrictus, alligatus, detentus,* ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος, anchorae alligatum pondus. Vid. *Stephanus* in thes. s. h. v. Deinde transfertur ad animum ita vt sit: *detentus aliqua re, i. e. multum studii ei nauans.* Sic cum *Lindio* interpretari vellem in prolog. Sir. vbi leguntur: ὅπως οἱ φιλομαθεῖς, καὶ τούτων ἔνοχοι γενόμενοι κ. τ. λ. vt discendi cupidi, hisque libris (V. T.) studium nauantes perfectiores reddantur in pietate. Alii quidem vertere maluerunt h. l. *edocti,* non vero video qua ratione. *Vulgatus: periti facti.*

'Ἐντέλλομαι τινί, *mandata alicui injungo.* 3 Esdr. VIII, 46. hebr. שׂוּם בְּפִי דְּבָרִים, Esdr. VIII, 17. — Deinde: *mandatis instructum aliquem dimitto.* Sir. XLV, 5. ἐνετείλατο αὐτῷ πρὸς λαὸν αὐτοῦ, Deus Mosen mandatis di-

dimisit instructum etc. nisi velimus statuere, πρὸς h. l. esse positum pro περὶ, *praecepit ei de populo.* *Hesych.* Ἐνετείλατο· παρήγγειλεν, διετάξατο, ἐσαφήνισατο.

Ἔντερον, *ventriculus, stomachus.* Sir. XXXIV, 20. ὕπνος ὑγιείας ἐπὶ ἐντέρῳ μετρίῳ — ventriculus sibi temperans.

Ἐξαίρω, vt Latinorum *extollere,* est quoque *laudare, laudibus extollere.* Sir. XXXVII, 7. πᾶς σύμβουλος ἐξαίρει βουλὴν, quicunqe dat consilium, illud laudat, optimum praedicat.

* Ἐξαλλοιόω, *altero, muto,* ἀλλοῖον *reddo.* Legitur 3 Macc. III, 21. ibique de immutandis sacris, de traducendis ad exteros ritus et mores Iudaeis dicitur. Vid. Τολμάω.

Ἐξανίστημι. Ἐξαναστῆναι saepius dicitur is, qui surgit ad alium aggrediendum, puniendumque; et eodem modo intelligendum est Sirac. VIII, 11. μὴ ἐξαναστῇς ἀπὸ προσώπου ὑβριστοῦ, quae *Lindius* optime vertit: lass dich vom Schmäher, (ἀπὸ προσ. מפני *propter*) nicht aufbringen; quam explicationem praetulerim interpretationi, S. V. *Schleusneri* in Spicil. 2. quia ἐξαν. eodem modo legitur Sir. XVII, 17. 1 Macc. IX, 40. XI, 69. 2 Macc. XIV, 45.

Ἐξέρχομαι, *existo, orior.* Ad Ies. XLVIII, 1. a *Bielio* laud. addo 1 Macc. I, 10. καὶ ἐξῆλθεν ἐξ αὐτῶν ῥίζα ἁμαρτωλὸς Ἀντίοχος Επ. et v. 11. „eodem tempore ἐξῆλθον ἐξ Ἰσραὴλ υἱοὶ παράνομοι.

Ἐξέτασις, praeter Sap. I, 9. legitur quoque 3 Macc. VII, 5. estique vocabulum forense, *reorum interrogatio, exploratio coram judice.* Vid. *Grotius* ad locum posteriorem.

Ἐξίς.

Ἑξῆς, *ordine suo, deinceps.* *Bielius* sine exemplis. 2 Macc. VII, 8. καὶ οὗτος τὴν ἑξῆς ἔλαβε βάσανον ὡς ὁ πρῶτος. — ἡ ἑξῆς βίβλος, proxime sequens liber, *Polyb.* lib. I. cap. 13. Sect. VIII. coll. Luc. IX, 37. Act. XXI, 1. XXV, 17. XXVII, 18.

Ἐξιλάομαι, *placatum me gero, placari patior.* Sir. XVI, 7. οὐκ ἐξιλάσατο (Deus) περὶ τῶν ἀρχαίων γιγάντων — in altero membro v. 8. οὐκ ἐφείσατο, et v. 9. οὐκ ἠλέησεν.

Ἐξιλασμὸς, *expiatio.* Deinde effectus expiationis, *venia peccatorum, absolutio.* Sir. XVIII, 20. πρὸ κρίσεως ἐξέταζε σεαυτὸν, καὶ (et sic) ἐν ὥρᾳ ἐπισκοπῆς εὑρήσεις ἐξιλασμὸν, i. q. alibi εὑρ. χάριν. coll. Sir. XVII, 23. V, 5.

Ἕξις, *habitus,* non solum corporis sed etiam *animi.* Est vero in prolog. Sir. *peritia.* ἱκανὴ ἕξις, magna peritia, *Polyb.* I, 51, 4. ἡ τῶν πληρωμάτων ἕξις, nautarum peritia. *Hesych.* Ἕξις· ἡ ἐκ τοῦ Ἔχειν, φρόνησις, συνήθεια. coll. Hebr. V, 14.

Ἐξοδεύω, legitur quoque 3 Esdr. IV, 23. vbi esse videtur, *in viis vagari, itinera facere;* καὶ ἐκπορεύεται (scl. ὁ ἄνθρωπος) ἐξοδεύειν, καὶ λῃστεύειν καὶ κλέπτειν.

Ἐξορμάω, *erumpo.* Addo 3 Macc. I, 18.

Ἐξουσία, *licentia, arbitrium.* Sir. XXX, 11. μὴ δῷς αὐτῷ ἐξουσίαν ἐν νεότητι, noli filio juueni dare licentiam i. e. non patere eum arbitrio suo viuere. Hanc licentiae, arbitrii notionem h. l. esse tenendam, omnis docet loci v. 7-12. nexus. cf. quoque loca *Polybii,* quibus *Schweighäuser* in Lex. *Polyb.* vindicauit hanc significationem. — Ἀνυπο-

τητος

τητος ὤν, εἰκότως, τραφεὶς ἐν ἐξουσίᾳ. vid. Reiskii index in opp. Demoſth.

Ἐπαγγέλλομαι, profiteor, 2) cum gloriatione annuncio, iacto, glorior. (coll. Schleuſn. Sp. 2) Sap. II, 13. ἐπαγγέλλεται γνῶσιν ἔχειν Θεοῦ, iactat ſe habere cognitionem Dei; i. q. v. 16. ἀλαζονεύεται. Reiske in ind. opp. Demoſth. laudat locum e Demoſthene: καὶ γὰρ ταῦτα δεινὸς εἶναι ἐπαγγέλλεται, er will darinne ſtark ſeyn. — profiteor, doceo, manifeſtum quid reddo. Sir. XVI, 25. ἐκφαίνω — παιδείαν, καὶ — ἐπαγγελῶ ἐπιστήμην. — Denique promitto, polliceor aliquid, Sir. XX, 23. ἔστι χάριν αἰσχύνης ἐπαγγελλόμενος φίλῳ, quoniam pudet, promittit aliquid amico. 2 Macc. IV, 27. τῶν ἐπαγγελμένων τῷ βασιλεῖ χρημάτων οὐδὲν εὐτάκτει, nihil eorum, quae regi pollicitus erat, donorum praeſtitit. — Demoſth. ἐπηγγελμένου τοῖς ναύταις μεγάλους μισθοὺς εἰ τὴν ναῦν διασώσαιεν. Vid. Reiskii index opp. Demoſth.

Ἔπαινος, cum laus ſpectari poſſit tanquam praemium, adhibetur etiam de praemio, remuneratione. Sap. XV, 19. ἐκπέφευγε δὲ καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔπαινον καὶ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ, effugit, non conſequuta eſt praemia et benedictionem Dei. coll. 1 Cor. IV, 5. Rom. II, 29. coll. Kuinoel. obſſ. e Libris apocr. V. T. ad N. T. p. 109. et Loesneri obſſ. e Philone p. 264.

Ἐπαίτησις, Sir. XL, 30. non quidem eſt mendicitas, ſed potius id quod mendicando comparatur. ἐν στόματι ἀναιδοῦς γλυκανθήσεται ἐπαίτησις.

Ἔπαλξις. Sir. IX, 13. legitur prouerbium: περιπατεῖν ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων, ambulare ſuper vrbis

vrbis propugnacula i. e. periculis se temere exponere, quia qui in propugnaculis versantur, facile ab hoste caeduntur. Sic et eorum, quae Matth. IV, 5. 7. leguntur, sensus esse videtur: graue periculum temere incurrere. cf. *Drusii* prouerbia sacra Cl. I. lib. IV. XXVIII. et XXIX.

* Ἐπαμύνω, *defendo, ad auxilium succurro.* Legitur 3 Macc. I, 27. ἐπικαλεῖσθαι τὸν πᾶν κράτος ἔχοντα τοῖς παροῦσιν ἐπαμῦναι. *Polyb.* IV, 78, 11. ἐπαμύνειν τοῖς τείχεσι. — lib. VI, 6, 11. ἐπαμύνειν τινὶ πρὸς τινὰ, aliquem aduersus alterum defendere. — *Demosth.* ἐπαμύνειν τοῖς πράγμασι ἐκ τῶν παρόντων. vid. *Reiskii* ind. opp. *Dem.* — *Hesych.* Ἐπαμῦναι· βοηθῆσαι.

Ἐπανάγειν scl. ἑαυτὸν, *redire, reuerti.* Addo Sir. XVII, 26. ἐπάναγε ἐπὶ κύριον, i. q. v. 25. ἐπίστρεφε. Fortasse huc pertinet Glossa *Hesychii* Ἐπάναγε· ἐπάνελθε, ἐπίστρεφε.

* Ἐπανδρέω, *virilis sum.* Deinde sensu hiphilico *virilem facio, ad virtutem bellicam excito.* Legitur 2 Macc. XV, 17. in Alex. et Compl. ψυχὰς νεῶν ἐπανδρῶσαι. Alii ἐπανορθῶσαι. *Vulg. confortari.* Cum ἐπανδρ. non tam frequens sit, et facile fieri potuerit, vt ἐπανορθ. quod magis cognitum librarius haberet, illi praeferretur, insuper vero fortitudo in hoc libro ἀνδρεία, et quae inde deriuantur, saepius audiat, lectio Alex. et Compl. non plane spernenda videtur. Accedit Syri auctoritas, qui verbis ܠܓܒܪܢ ܢܦܫܐ, *virilem reddebant animum,* vsus est.

Ἐπάνοδος, *reditus e morte.* Sir. XXXVIII, 21. *reditus in amicitiam, reconciliatio* (v. *Schleusn.*

Schleusn. Sp. 1.), Sir. XXII, 21: „Si aduersus amicum gladium ſtrinxeris, noli deſperare, ἔστι γὰρ ἐπάνοδος, — v. 22. ἔστι γὰρ διαλλαγή.

Ἐπανόρθωσις, *felicitas et ſecuritas*, quam notionem habere, 3 Esdr. VIII, 53. S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 2. bene vidit; nam in textu hebr. Esdr. VIII, 22, eſt לטובה, LXX: εἰς ἀγαθόν: noſter εἰς ἐπανόρθωσιν. — *reſtitutio in integrum*, 1 Macc. XIV, 34. ὅσα ἐπιτήδεια ἦν πρὸς τὴν τούτων ἐπανόρθωσιν, quae ad reſtituenda ea, quae deuaſtata erant, neceſſaria erant. Sic apud *Ioſephum* antiq. I. XI. c. V. p. 563. ed. *Hau.* Esdras ἐπανόρθωσιν τῶν περὶ τὸ πολίτευμα παρανομηθέντων feciſſe dicitur.

Ἐπάνω, εἶναι ἐπάνω, *laetari*, *ſpem concipere laetam*, fere noſtrum: oben darauf ſeyn. 3 Esdr. VIII, 92: καὶ νῦν ἐστιν ἐπάνω πᾶς ὁ Ἰσραήλ, nunc laetiſſimam concipere licet ſpem populo Iſraëlitico. In textu hebr. Esdr. X, 2. ſunt: ועתה יש מקוה לישראל, — LXX ὑπομονή. Syrus cum textu hebraeo mire conſpirat, habens: ܘܗܫܐ ܐܝܬ ܣܒܪܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܥܠ ܗܠܝܢ, *et nunc supereſt ſpes Iſraëlitis de his.* Eodem ſenſu haec formula legitur Baruch. II, 5. vbi, auctor de miſera Iudaeorum vndique diſperſorum conditione loquutus, dicit: καὶ ἐγενήθησαν ὑποκάτω καὶ οὐκ ἐπάνω, i. e. victi ſunt ab hoſtibus, ſuccubuerunt.

Ἐπαρκέω, 1 Macc. XI, 35. non eſt *ſubminiſtrare*, vt *Bielius* reddidit, ſed *largiri*, *remittere*. Sermo enim eſt de remittendo Iſraëli-

Ifraëlitis tributum, cuius partes enumerantur, et denique additur: πάντα ἐπαρκέσομεν αὐτοῖς, omnia ipfis remittimus. Vid. *Grotius.* ad h. l. Rom. et Ald. legunt ἐπαρκῶς παρίεμεν; veteres autem interpretes tuentur lectionem ἐπαρκέσομεν αὐτοῖς. Vulg. *remittimus eis;* Syrus: ܟܠܡܕܡ ܫܒܩܢ ܠܗܘܢ *omnia condonamus illis:* coll. cap. VIII, 26. δώσουσι καὶ ἐπαρκέσουσι σῖτον, ὅπλα, ἀργύριον etc.

Ἐπαρχία, *praefectura, prouincia, ditio.* Legitur Iudith. III, 6. in cod. Alex. vbi alii παραλία, vt etiam Syrus interpres. Vulgatus: *defcendit de montibus.*

Ἐπεὶ, non folum *poftquam,* fed etiam *quia, quum, quoniam.* 2 Macc. XIV, 29. ἐπεὶ δὲ τῷ βασιλεῖ ἀντιπράττειν οὐκ ἦν, quum regi refifti non poffet. 3 Macc. II, 16. ἀλλ' ἐπεὶ εὐδοκήσας τὴν δόξαν σου ἐν τῷ λαῷ σου. coll. Matth. XVIII, 32. XXVII, 6. *Hefych.* Ἐπεὶ. ὅτι, ἢ ἐπειδή. — 3 Esdr. II, 20. καὶ ἐπεὶ, chald. יען, כל דקבל *jam propterea quod,* i. e. *cum jam.* Esdr. IV, 14.

Ἐπέκεινα, fignificare quoque *deinceps, poftea,* S. V. *Schleusnerus* in Sp. 2. ad 1 Macc. IX, 30. fatis docuit. Egregius locus parallelus legitur Sufann. v. 46. „Daniel magnus habebatur a populo ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ἐπέκεινα.

Ἐπέρχομαι, *fuperuenio.* Non folum de malis fed etiam de *bonis,* quae contingunt, dicitur. v. c. Sir. III, 8. ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐλογία παρ' αὐτοῦ. coll. I, 55. — Deinde eft quoque *peragro, obeo, adeo.* 2 Macc. IX, 17. vbi Antiochus, graui correptus morbo, Deo pollicetur, fe πάντα τόπον οἰκητὸν ἐπελεύσεσθαι καταγγέλλοντα τὸ τοῦ Θεοῦ κράτος. coll.

Prou.

Neh. IV, 15. Sic *Polyb.* lib. II. cap. 7. sect. 3. et l. XXVII. c. 4. sect. 4. ἐπέρχεσθαι ἐπὶ τὴν βουλήν, *adire senatum.* coll. Act. XIV, 19.

Ἐπί. Cum *Bielius* huius praepositionis notiones e libris apocr. confirmare fere prorsus omiserit, addam, quae notaui loca notabiliora. In constituendis autem et discernendis notionibus ignoscat doctus lector, vbi alio ordine illas proponendas fuisse, judicauerit; sunt enim voc. significationes ita inter se connexae, vt vix discerni satis possint.

I. Cum genitiuo: 1) *in.* Addo ad locum Thren. III, 40. a *Biel.* laud. 2 Macc. V, 9. „qui ciues suos in exilium misit, ipse, abductus ad Lacedaemonios, ἐπὶ ξενῆς (scil. γῆς) ἀπώλετο, periit in terra peregrina. *Polyb.* lib. XXI. c. 8. sect. 13. ἔμεινε ἐπὶ τούτων τῶν τόπων. lib. XVIII, 34, 1. αἱ ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεις. coll. Matth. VI, 10. Marc. VIII, 4. 2) *ad.* 3 Esdr. V, 6. ἐστολισμένοι ἐπὶ τῶν ἔργων, vestiti (sacerdotes) ad sacra facienda. 3) interdum, vt ἐπὶ cum substantiuo inseruit aduerbio exprimendo. 3 Esdr. VI, 10. τὰ ἔργα ἐκεῖνα ἐπὶ σπουδῆς (alibi ἐν σπουδῇ vid. Ἐν) γινόμενα. Sic *Polyb.* lib. I. c. 65. sect. 5. ἐπὶ κεφαλαίου, generatim, *summatim.* *Demosth.* 515, 10. ἐπὶ τῶν ἄλλων (aliis in rebus) ἐτεθέαντο θερασὺν ἄτυα καὶ βδελυρόν. 4) *coram.* 3 Esdr. V, 6. ὃς ἐλάλησεν ἐπὶ Δαρείου. *Dionys. Halic.* T. V. p. 623. ed. *Reisk.* ἐπὶ τῶν διαιτητῶν, coram arbitris. ibid. p. 483. ἐπὶ Συρακουσίων, coram Syracusanis. cf. *Doruille* ad Charit. Aphr. p. 642. ed. *Reisk.*

II. Cum datiuo. 1) *praeter, insuper.* Tob. II, 14. δῶρον δέδοταί μοι ἐπὶ τῷ μισθῷ, munus mihi

mihi datum eſt praeter mercedem. coll. v. 12, et Luc. XVI, 26. 2) *ſuper, in,* de dominio. Sir. III, 2. κύριος ἐδόξασε πατέρα ἐπὶ τέκνοις, καὶ κρίσιν μητρὸς — ἐφ᾽ υἱοῖς. 3) *de, propter, cauſſa,* de objecto. Sap. XVII, 7. ἀλαζονεία ἐπὶ φρονήσει glorìatio de ſapientia. 1 Macc. II, 30. οὕτως δοκῶ καὶ ἐπὶ ὑμῖν, ſic etiam de vobis judico. *Polyb.* II, 17, 2. ἡ ἐπὶ ἀρετῇ δόξα. 4) *ſub pacto,* noſtrum *auf,* 2 Macc. XIII, 23. ὤμοσεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, in quaſcunque leges jurauit. ibid. XI, 14. συλλύσεσθαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, conciliari quouis pacto. *Demoſth.* 495, 17. ed. *Reisk.* ἐπὶ τῷ τῶν Θεῶν ὀνόματι, auf Rechnung der Götter. Id. p. 1252. ἐπὶ μισθῷ συνηγορεῖν. 5) *in.* 1 Macc. XII, 27. „juſſit rex milites γρηγορεῖν καὶ εἶναι ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, in armis eſſe. *Polyb.* IV, 64. 4. ἐπὶ τῶν ὅπλων, in armis. 6) *in honorem,* ſequente genitiuo. Vid. *Schleuſn.* Sp. 1. Eadem ſignificatione, ſed ſequente datiuo legitur Sir. VII, 33. ἐπὶ νεκρῷ μὴ ἀποκωλύσῃς χάριν, in honorem mortui noli beneficentiam cohibere. Reſpicit enim ad funebria mortuo digna. 7) denique eſt poſitum pro εἰς. Sap. IV, 15. θέντες ἐπὶ διάνοιαν τοιοῦτο. II, 23. ὁ Θεὸς ἔκτισε ἄνθρωπον ἐπ᾽ ἀφθαρσίᾳ, pro quibus cap. I, 4. dixerat: ἔκτισε εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Sirac. VII, 12. μὴ ἀροτρία ψεῦδος ἐπ᾽ ἀδελφῷ σου, i. e. εἰς τὸν ἀδελφόν. cf. *Loesn.* obſſ. e Phil. p. 110.

III. Cum accuſatiuo. 1) *ſub, ſub imperio.* Iud. XI, 8. ἄνθρωποι καὶ θηρία ζήσονται ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ, i. q. antea δουλεύουσιν αὐτῷ. Poſſet vero quoque verti *pro.* 2) *ad, circiter,* de tempore. Iudith. I, 16. καὶ εὐωχούμενος (ἦν) αὐτὸς καὶ ἡ δύ-

δύναμις αὐτοῦ ἐφ' ἡμέραις ἑκατὸν etc. Vel verti potest, per, während. Vid. Münthii obss. e Diod. Sic ad Luc. XVIII, 4. 3) ad, circiter de mensura. Cant. tr. p. v. 23. ἐπὶ πήχεις τεσσαράκοντα. 4) ad, de loco, de termino ad quem. 2 Macc. I, 20. Neemias sacerdotes, qui ignem sanctum absconderant, ἔπεμψεν ἐπὶ τὸ πῦρ. Sap. V, 12. βάλλειν ἐπὶ σκοπόν, nach dem Ziele werfen; et v. 21. ἁλοῦνται ἐπὶ σκοπόν. *Polyb.* II, 54. 14. ἐπ' οἴκου διαφῆκε, domum dimisit. Exempla e *Diod. S.* (qui autem quoque cum genitiuo junxit) dedit *Münthius* in obss. ad Ioh. XXI, 11. 5) coram hebr. עַל־פְּנֵי, לִפְנֵי (vid. *Biel.*). Addo Iud. VI, 14. κατέστησαν αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἄρχοντας τῆς πόλεως. Alex. et Compl. autem legunt εἰς.

Ἐπιβαίνω, *adscendo, superuenio.* De re venerea dicitur Sir. IX, 2. μὴ δῷς γυναικὶ τὴν ψυχήν σου ἐπιβῆναι αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἰσχύν σου. Vid. quoque ψυχή. *Moer. Att.* Ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι Ἀττικῶς· ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν γυναῖκα, βούλομαι, ἑλληνικῶς. cf. quae ibi ex Aristotele, Luciano, Herod. etc. laudata sunt exempla alia, quae docent, voc. de pecoribus ita dici. (edit. *Piersoni.*) — *nauem adscendere*, Sap. XIV, 4.

Ἐπιβάλλω, 1) *congruere, conuenire, competere pro rata portione.* Tob. III, 17. Asmodaeus vinciri jubetur, διότι Τωβίᾳ ἐπιβάλλει κληρονομῆσαι αὐτήν, Tobiae competit, destinatum est. ibid. VI, 11. ὅτι σοὶ ἐπιβάλλει ἡ κληρονομία αὐτῆς. *Polyb.* XVIII, 24, 1. πᾶσι μᾶλλον ἐπιβάλλει τοῦτο ποιεῖν, ἢ Ῥωμαίοις, aliis omnibus potius hoc competit quam Romanis. *Dio Cass.* F. 36. p. 95. ed. *Reim.* οἷς ἐπιβάλλει τιμή,

μή; quibus competit illa honor. V. *Munthii* obff. e *Diod*. S. ad Luc. XV, 12. *Loesn*. obff. e Phil. p. 85. *Kuinoel* obff. e libr. ap. p. 56. — 2) *irrogare mulctam*. 3. Esdr. VIII, 22., ἐπιβαλεῖν τι τούτοις, imponere iis tributum vel fimile quid (vid. Ἐπιβουλή). In textu chald. Esdr. VII, 24. eft רמא, *impofuit*. cf. *Demofth*. 572, 19. ed. *Reisk*. Idem 1076, 19. ἐπιβάλλειν ἔστω κύριος κατὰ τὸ τέλος. cll. Etym. M.

Ἐπιβλέπω, refpicio animo maligno, *mala cupio* (i. q. βλέπειν ἐπι vid. Βλέπω.) Add. Efth. IV. ἐπιβλέπουσιν ἡμῖν εἰς καταφθορὰν, καί ἐπεθύμησαν ἀπωλέσαι. Sir. XI, 30. ὡς ὁ κατάσκοπος ἐπιβλέπει πτῶσιν.

Ἐπιβουλή, *infidiae*. 3 Esdr. VIII, 22. μηδὲ μία φορολογία, μηδὲ ἄλλη ἐπιβουλὴ γίνηται, καὶ μηδένα ἔχειν ἐξουσίαν ἐπιβαλεῖν τι τούτοις. — Ἐπιβουλὴν h. l. effe debere, i. q. ἐπιβολὴ *tributum*, *mulcta*, non folum contextus clariffime docet, fed etiam eandem notionem poftulat textus chaldaeus Esdr. VII, 24. vbi leguntur בלו tributum de confumtibilibus, et הלך vectigal. Vtrumque conjunctim expreffit auctor verbis μηδὲ ἄλλη ἐπιβουλή. Quare legere mallem ἐπιβολή, quod eft *tributum*, quamquam *Augufti* retinuit ἐπιβουλή. *Vulg. neque vlla alia indictio; Syr.* ܡܕܡ ܡܟܣܐ ܐܚܪܢܐ, *aliud vectigal*. *Hefych*. Ἐπιβολή· ὁρμή, ἐγγραφή, ζημία. Sic *Stephanus* quoque legit in thefauro (ἐπιβολή), vbi laudat hunc locum. Ἐπιβουλὴ enim nunquam id fignificat. Lectio autem Alex. ἄλλα βουλὴ γίνεται merito correctioni tribuenda eft. *Iofephus* autem (antiqq. l. XI. c. V. p. 560. ed.

Hauerc. haec verba ita citat: μήτε φόρους ἐπιτάξητε, μητε ἄλλο μηδὲν ἐπίβουλον ἢ φορτικὸν εἰς αὐτοὺς γένηται.

Ἐπιδέχομαι, *suscipio.* *Biel.* sine exemplis. 3 Macc. VI, 26. ἐπιδέχομαι κατά, obsequium praesto. 1 Macc. I, 42. ἐπιδέξαντο πάντα τὰ ἔθνη κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. — 3 Esdr. IX, 14. Ionathan et Hesekias ἐπεδέξαντο κατὰ ταῦτα. *Vulg.* susceperunt secundum haec. Sed mallem legere ἐπελέξαντο, elegerunt scl. τινὰς (quosdam) ad hoc negotium. Hanc mutationem suadet text. hebr. Esdr. X, 15. vbi leguntur עמדו על—זאת, praefecerunt huic rei. Ἐπιδέχ. τροφὴν, cibo frui. Sir. XL, 1.

Ἐπιδιώκω, *persequor.* 3 Macc. II, 7.

* Ἐπίδοξος, *gloriosus, gloriae cupidus.* Legitur Sir. III, 19. in Compl. πολλοί εἰσιν ὑψηλοὶ καὶ ἐπίδοξοι. Proprie quidem ἐπίδοξος non est gloriosus, sed: expectatus, opinatus, speratus. *Hesych.* Ἐπίδ. προσδόκιμος. *Ammon.* Ἔνδοξός ἐστιν ὁ ἐπίσημος. ἐπίδοξος δὲ ὁ προσδοκώμενος καὶ ἐλπιζούμενος. — *Thom. Mag.* Ἐπίδοξος, οὐχ ὁ ἔνδοξος, ὡς τινες, ἀλλ' ὁ προσδόκιμος. Sed apud *Dion. Cass.* p. 1017. esse videtur *gloriosus.*

Ἐπιδόξως, *insigniter, gloriose.* 3 Esdr. IX, 45. ἐπιδόξως ἐνώπιον πάντων in textu hebr. Neh. VIII, 5. מעל כל—העם היה.

Ἐπιείκια, *humanitas, mansuetudo, clementia.* 3 Macc. III, 15. VII, 6. coll. *Loesn.* obss. e Phil. p. 357. *Kuinoelii* obss. e libr. ap. p. 119. In loco autem Sap. II, 19. non esse videtur lenitas vel modestia, sed *probitas, integritas vitae, pietas.* *Vulg.* non male *reuerentiam*

tiam (scl. Dei); *Syrus:* ܚܦܝܛܘܬܐ ܕܡܟܝܟܘܬܗ, *Jedulitatem* (s. curam) *humilitatis eius.* Volunt enim improbi, qui ibi loquuntur, explorare virtutem τοῦ δικαίου, an firmiter in pietate sit perseueraturus. Est vero ἐπιείκεια *honestas* quoque et *probitas* (vid. *Reiskius* in indice in *Demosth.*) et ἐπιεικής, homo *probus, honestus, fidus.* Vid. *Idem* et *Munthius* in obss. e *Diod. Sic.* ad 2 Cor. X, 1. qui attulit locum *Diod.* vbi ἐπιείκειαν καὶ σπουδαιότητα τῶν ἠθῶν conjunxit Sic τὸ ἐπιεικές positum est Philipp. IV, 5. *probitas, vitae integritas.*

Ἐπιεικέστερος, *mitior, lenior.* Legitur Add. Esth. VIII, 7. διακρίνοντες ἀεὶ μετ' ἐπιεικεστέρας ἀπαντήσεως, judicantes semper clementissima ratione.

Ἐπιθύμημα, *res desiderabilis, pretiosa.* Vid. *Schleusneri* Spicil. 1. Confirmatur haec notio per locum Sir. I, 17. πάντα τὸν οἶκον αὐτῆς ἐμπλήσει ἐπιθυμημάτων. — in altero membro γεννήματα.

Ἐπιθυμητός, primum *desiderabilis;* deinde *pretiosus, praestans,* quoniam pretiosa solemus desiderare. cf. *Schleusn.* Spicil. 1. Sir. XLII, 22. ὡς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπιθυμητά, quam praestantia, splendida sunt omnia Dei opera.

Ἐπιθύω, *sacrifico.* 3 Esdr. V, 69. in textu hebr. זבח, Esdr. IV, 2. — 3 Esdr. VI, 23. in textu chald. דבח, Esdr. VI, 3.

Ἐπικαλύπτω, *obtego.* Deinde, *impleo, repleo.* Sir. XLVII, 15. γῆν ἐπεκάλυψεν ἡ ψυχή σου (Salomonis), καὶ ἐνέπλησας ἐν παραβολαῖς αἰνιγμάτων.

* Ἐπικίνδυνος, *periculosus, cum periculo conjunctus.* Legitur 3 Macc. V, 53. ἀπροσδόκητος καὶ ἐπικίνδυνος ἀπειλή, inopinata et periculosa increpatio.

Ἐπικινέομαι, quod 3 Esdr. VIII, 72. legitur, *Biel.* vertit *commoveor.* S. V. *Schleusnerus* in Spicil. I. interpretatur, *zelo commoveri, zelotam esse.* In textu hebr. Esdr. IX, 4. leguntur: כל חרד בדברי אלהים, quicunque festinat pro lege, i. e. legem amat, eam veneratur. Noster vertit ὅσοι ἐπεκινοῦντο ἐπὶ τῷ ῥήματι κυρίου, sed deinde v. 94. (Esdr. X, 3.) vertit πειθάρχω. Alexandrini autem interpretes διώκων λόγον, *adhaerens legi.* *Iosephus,* antiq. l. XI. c. V. p. 562. ed. *Hau.* συνέτρεχον οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ μέτριοι πάντες.

Ἐπικοιμάομαι τινι, *bello aggredior, urgeo aliquem.* 3 Esdr. V, 72. cf. *Schleusn.* Spicil. I. In textu hebr. Esdr. IV, 4. sunt מרפים ידי, remissas facientes manus, i. e. *impedientes.*

Ἐπικρίνω, *adjudico.* Addo 3 Macc. IV, 2. ἡ ἀπροσδόκητος ἐπικριθεῖσα αὐτοῖς ὀλεθρία.

Ἐπιλανθάνεσθαι, passive legitur quoque Sap. II, 4. τὸ ὄνομα ἡμῶν ἐπιλησθήσεται ἐν χρόνῳ. Sir. XLIV, 10. cap. XIII, 10. c. III, 14. coll. Luc. XII, 6.

Ἐπιμελῶς, *diligenter, studiose;* 3 Esdr. VIII, 21. vbi in textu chald. est אדרזדא *confestim,* Esdr. VII, 23.

Ἐπιμίγνυμι τινι, 3 Esdr. VIII, 87. hebr. התחתן sequente ב, *affinitatem contrahere cum.* Esdr. IX, 14. *Reiske* e *Demosth.* p. 1370, 20. affert: νόμον ἔθεντο τὴν γυναῖκα τοῦ βασιλέως

σιλέως ἀστὴν εἶναι καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρί.

Ἐπινοέω, *cogitando destino, paro.* Sap. XIV, 4. *σύντομον αὐτῶν τέλος ἐπενοήθη*, repentinus idololatris destinatus est, paratur, interitus.

Ἐπίπονος, *laboriosus, operosus.* Deinde *dolore plenus, aerumnosus, miserandus.* 3 Macc. V, 47. Iudaeorum instans trucidatio dicitur *ἐπίπονος καὶ ταλαίπωρος καταστροφή.* Sic etiam *Polyb.* III, 79, 16. junguntur *ἐπιπόνως καὶ ταλαιπόρως*. *Virg. Aen.* IV, 78. Iliacosque iterum demens audire *labores* exposcit. et lib. II, 3. infandum, regina, jubes renouare *dolorem.* Sic *πόνος* saepius aerumnae, dolores, v. c. Apoc. XVI, 10. et Sirac. III, 28.

Ἐπισκέπτομαι, *visito*; deinde vel *beneficiis*, vel *malis adficio.* Iudith. XIII, 20. *ἐπισκέψασθαί σε ἐν ἀγαθοῖς.* coll. Luc. I, 48. Ruth. I, 6. Sir. VII, 35. — Sir. II, 7. *ἐπισκέπτηται κύριος, puniet* dominus. Ps. LIX, 6. coll. *Loesner.* obss. e Ph. p. 93. Sic quoque

Ἐπισκοπὴ est visitatio vel ad auxilium ferendum, vel ad puniendum. Inde *auxilium, salus.* 3 Macc. V, 42. vbi consilii mutatio (Iudaeos non esse interficiendos) dicitur *γενομένη πρὸς ἐπισκοπὴν τῶν Ἰουδαίων* facta ad salutem Iudaeorum. — *Poena* Sap. XIV, 11. XIX, 15. non enim hic est *vindicta*, vt *Biel.* vertit. Nam etiam hebr. פקדה est *poena* simpliciter Ies. X, 3. Ierem. X, 15. — *ἐπισκοπὴ ψυχῶν* Sap. III, 13. judicium de beandis vel damnandis mortuis, coll. 1 Petr. II, 12. — Denique est *cura, tutela.* 3 Esdr. VI, 5. *ἐπισκοπῆς γενομένης ἐπὶ*, chald עין אלהום הות על, oculus Dei super etc. Esdr. V, 5.

Ἐπι-

Ἐπισπάομαί τινα, *arcesso, inuito, allicio aliquem.* Sap. I, 12. μὴ ἐπισπᾶσθε ὄλεθρον ἔργοις χειρῶν ὑμῶν. — *Iosephus* antiq. l. IX. c. VIII. p. 496. ed. *Hauerc.* ἐπὶ ταύτῃ γαμερούμενος ἑαυτῷ καὶ τῇ βασιλείᾳ σου κινδύνους ἐπισπᾶ. — Sap. XIX, 3. ἕτερον ἐπεσπάσαντο λογισμόν, aliud ceperunt consilium.

Ἐπιστήμη, *cura, diligentia.* Vid. *Schleusner.* Sp. 1. ad 3 Esdr. VIII, 7. Recte! In hebr. enim Esdr. VII, 10. sunt הֵכִין לְבָבוֹ. Sic quoque legitur in Prol. Sir. πολλὴ ἀγρυπνία καὶ ἐπιστήμη, multum studii et diligentiae. Est effectus pro caussa; eruditio pro diligentia, qua illa comparatur. *Demosth.* 1415, 16. ed. *Reisk.* τὰ μὲν μικρὰ δι' ἐπιστήμης καὶ μελέτης ἠναγκαζόμεθα ἐπιτελεῖν.

Ἐπιστρέφειν, *reuerti.* Ἐπιστ. πρὸς vel ἐπὶ κύριον non solum de conuersione ab idololatria, sed etiam de *emendatione*, conuersione a peccato ad pietatem dicitur. Sir. XVII, 25. coll. v. 24. vbi est μετανοεῖν, et v. 20. 24. Ibid. cap. V, 7. — *reduco in rectam viam, emendo.* Sir. XVIII, 13. ἐλέγχων καὶ παιδεύων, καὶ διδάσκων καὶ ἐπιστρέφων. — Ἐπιστρέφομαι, *aduerto me ad intuendum, intueor,* Sap. XVI, 7. ὁ γὰρ ἐπιστραφεὶς οὐ διὰ τὸ θεωρούμενον (serpentem aheneum) ἐσώζετο, ἀλλὰ διὰ σέ.

Ἐπιστροφή, *morum emendatio,* i. q. μετάνοια. Sir. XVIII, 21. ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων δεῖξον ἐπιστροφήν. coll. v. 13.

Ἐπιτάσσω, interdum verbis agendi ita adponitur, vt vel respondeat Latinor. *velis*, vel omnino redundet. Tob. III, 15. ἐπίταξον ἐπιβλέψαι εἰς μέ, velis me respicere s. respice me. ibid. v. 6. VIII, 7. — Ἐπιτάσσ. *praecipere,*

cipere, 3 Esdr. V, 51. hebr. כתב, Esdr. III, 4. sed 3 Esdr. II, 26, 28. chald. טעם שׂום, Esdr. IV, 19, 21.

Ἐπιτείνω, vid. Ἀνίημι.

Ἐπιτελέω, perficio. 3 Esdr. VI, 4, 14. in textu chald. שׁכלל, Esdr. V, 3, 11. — et 3 Esdr. VIII, 16. in chald. עבד, Esdr. VII, 18. — Deinde *facio* simpliciter. Vid. *Schleusneri* Spicileg. 1. Addo 2 Macc. XII, 8. Iamnitae τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν βουλόμενοι τρόπον τοῖς Ἰουδαίοις.

* Ἐπιτέλλω, *orior*. Legitur 3 Macc. V, 20. εἰς τὴν ἐπιτέλλουσαν ἡμέραν, *die illucescente*. *Hesych.* Ἐπιτέλλει· ἐντέλλεται. ἐπέρχεται. *Phrynichus* (p. 48. ed. *Pauw.*) ἀνατέλλειν, affirmat, dici de sole, ἐπιτέλλειν vero de cane aut Orione aut alia quauis stella. Hoc verbum de ortu siderum vsurpauit etiam *Polyb.* IX, 15, 9.

Ἐπιτήδειος non solum *aptus*, *vtilis*, sed τὰ ἐπιτήδεια significant quoque *necessaria vitae degendae praesidia*, *esculenta* et *potulenta*. cf. *Fischer de Vitiis Lexx. N. T.* p. 502. eodemque sensu legi videtur, 3 Macc: VI, 30. ἐκέλευσεν (ὁ βασιλεὺς) οἴνους τε καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς εὐωχίαν (*ad epulum pertinentia*) ἐπιτήδεια τοῖς Ἰουδαίοις χορηγεῖν. *Suidas*: Σῖτα· ἡ τροφή. σῖτα· καὶ ποτά. Ξενοφῶν δὲ ἐπιτήδεια καλεῖ. coll. *Reiskii* index *Demosth.* et Iacob. II, 16.

Ἐπιτηδεύω, *machinor*, *conor*. Legitur quoque, 3 Macc. II, 14.

Ἐπιφαίνω, hiphilice, *splendide manifestare*, *insigni modo aliquid publice declarare*. 3 Macc. II, 19. ἐπίφανον τὸ ἔλεός σου κατὰ τὴν ὥραν ταύτην. — *Dio Cass.* Fragm. p. 1. ed. *Reim.* Φαίνειν ἀφέβως τὰ ἴδια βουλήματα.

Ἐπιφάνεια τοῦ θεοῦ, proprie quidem praesentia Dei, apparitio eius; deinde vero est etiam *manifestum documentum auxilii Dei*, *miraculum* ad salutem quorundam effectum; et haec notio valet in locis 2 Macc. XIV, 15. XV, 27. 3 Macc. II, 9. Vid. *Grotius* ad haec loca, *Wesseling.* ad *Diod. S.* I, 35. et *Valesius* ad Euseb. hist. eccl. II, 6.

Ἐπιφωνέω, *acclamo.* 3 Esdr. IX, 47. vbi in textu hebr. Nehem. VIII, 6. est ענה. — 3 Macc. VII, 13.

Ἐπιχειρέω, *audeo, aggredior, machinor.* 3 Macc. VI, 24. ἐμὲ ἐπιχειρεῖτε τῆς ἀρχῆς ἤδη καὶ τοῦ πνεύματος μεθιστᾷν. — 3 Esdr. I, 28. hebr. התחפש, 2 Chron. XXXV, 22.

Ἐπιχορηγέω, quod Sir. XXV, 22. solum legitur, *Bielius* interpretatur *suppeditare.* Est vero hic *rem familiarem augere* adferendo largam dotem marito; ὀργὴ — μεγάλη, γυνὴ ἐὰν ἐπιχορηγῇ τῷ ἀνδρί.

Ἐπόμαι, *sequor.* Ad vnum locum a *Biel.* laudatum addo 3 Macc. II, 26. Vid. Ἀτενίζω.

Ἐπονείδιστος, non solum *exprobrabilis*, vt vertit *Bielius*, sed etiam *valde turpis, summa adfectus contumelia.* 3 Macc. VI, 31. Iudaei, quorum crudelissima mors et internecio, vt publico spectaculo inseruiret, destinata fuerat, jam saluati dicuntur οἱ πρὶν ἐπονείδιστοι καὶ πλησίον τοῦ ᾅδου. *Polyb.* IV, 31, 8. ἐπονείδιστος δουλεία, turpissima seruitus. — XI, 2, 7. ἐπον. βίος, ignominiosissima vita.

Ἐπόπτης, *inspector*, de Deo *summo moderatore* dicitur 3 Macc. II, 21. *Hesych.* Ἐπόπτης· Ζεὺς ἢ θεατής.

'Ἐραστής, *amator, cultor, amicus.* Sap. VIII, 2. ἐραστὴς σοφίας et c. XV, 6. ἐρασταὶ κακῶν, *idolorum cultores.*

'Ἐργασία, *opificium, quo exercendo victus paratur, Gewerbe,* Sir. VII, 14. μὴ μισήσῃς ἐπίπονον ἐργασίαν, καὶ γεωργίαν. — Deinde *opus arte factum, Kunstwerk.* Sap. XIII, 12. XIV, 20. — Denique *quoduis munus, ministerium,* 3 Esdr. VIII, 49. εἰς τὴν ἐργασίαν, hebr. Esdr. VIII, 21. עבדת, LXX δουλεία.

'Ἐργοδιώκτης, 3 Esdr. V, 58. recte *Schleusnerus* in Spic. 2. ita interpretatur: *is, qui operam dat et inseruit cultui Dei externo;* est enim in textu hebr. Esdr. III, 9. עשׂה המלאכה.

Ἔργον, *factum, res.* Sir. III, 8. ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ τίμα τὸν πατέρα σου, *dictis factisque.* coll. Luc. XXIV, 19. *Theognis* v. 957: μή μοι ἀνὴρ εἴη γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. — *Conatus* Sir. XV, 19. Θεὸς ἐπιγνώσεται πᾶν ἔργον ἀνθρώπων. — *consilium,* Sap. II, 12. *iustus* ἐναντιοῦται τοῖς ἔργοις *impiorum,* i. e. eorum consilio de mutanda religione iudaea. — *Vsus,* Sap. XV, 7. τὰ τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, vasa vsui sancto inseruientia, i. q. χρῆσις, quod in eodem versu legitur; quaeritur enim τίς ἑκάστου ἐστὶν ἡ χρῆσις. —

τὰ ἔργα, 1) *res gestae,* 1 Macc. III, 4. coll. v. 7. Iudas ὡμοιώθη λέοντι ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. coll. 3 Esdr. I, 23. — 2) *cultus Dei externus,* inprimis *sacrificia.* Vid. *Schleusn.* Sp. 2. ad 3 Esdr. V, 58. cuius interpretatio egregie firmatur per text. hebr. Esdr. III, 8. vbi leguntur מלאכות בית־יהוה, *ministeria templi, sacrificia.* Eodem sensu 3 Esdr. VII, 9. καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς ἐστολισμένοι ἐπὶ τῶν ἔργων κυρίου, vbi in text. chald. Esdr. VI, 18. est

est עבירא. — Sunt ista sacra ἔργα νόμου, additur enim: ἀκολούθως τῇ Μωυσέως βιβλίῳ. Porro τὰ ἔργα notare *aedificia*, 3. Esdr. VI, 11. et VII, 3. recte monuit S. V. *Schleusnerus* in Spic. 1.; in priori enim loco textus chald. Esdr. V, 9. habet אשרנא, *murus*, et in posteriori graecus interpres loci Esdr. VI, 14. vel בנין, *aedificium*, vel בנו *aedificarunt*, vertendo reddidit. Addendus autem est locus 3 Esdr. V, 45. γαζοφυλάκιον τῶν ἔργων, aerarium, in quo recondebatur argentum ad exstruendum templum necessarium; in text. hebr. Esdr. II, 69. אוצר המלאכה.

Ἔρις, non solum notat *litem et contentionem*, sed etiam caussam litis: *iram, iracundiam*. Sir. XXVIII, 11. ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ. *Vulgatus: homo iracundus.*

Ἔρχομαι, *fio, sum*, i. q. γίνομαι, εἰμί, Sap. IV, 20. ἐλεύσονται δειλοί, *timebunt.* — Ἔρχεται εἰς, *cedit in.* Sap. XV, 5. ὧν (εἰδώλων) ὄψις ἄφροσιν εἰς ὄνειδος ἔρχεται. — ἦλθε μοί, *nactus sum, contigit mihi.* Sap. VII, 7, 11. coll. VIII, 20. Bar. IV, 22.

Ἐσθίειν τὶ, tropice, *aliquid in se recipere, admittere, penitus secum conjungere.* Sir. XXIV, 21. οἱ ἐσθίοντές με (inquit Sapientia) ἔτι πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσιν. cf. *Vorst.* de hebr. N. T. p. 695. ed. *Fisch.* et Ioh. VI, 33-35, 40 sqq.

Ἔσθω, *edo.* Ἔσθοντες τὸν ἄρτον μου, i. e. *mihi maxime familiares.* Sir. XX, 16. coll. Ps. XLI, 10. et Ioh. XIII, 18.

Ἔσοπτρον, *speculum.* Deinde *imago simillima, quam speculum refulget.* Sap. VII, 26. vid. Ἐνέργεια.

Ἐσχα-

Ἔσχατος. Ἐπ' ἐσχάτῳ (χρόνῳ), *tandem, denique, posthac.* Sir. XII, 12. ἐπ' ἐσχάτῳ ἐπιγνώσει τοὺς λόγους μου. c. XIII, 7. XXX, 10. XXXI, 25. — ἕως ἐσχάτου, quod legitur Sir. LI, 14. vel est *penitus, vsque ad vltimam partem,* vel reddi quoque potest *vsque ad vitae finem;* verba enim sunt: ἔναντι ναοῦ ἠξίουν περὶ αὐτῆς (scl. σοφίας), καὶ ἕως ἐσχάτων ἐκζητήσω αὐτήν. τὰ ἔσχατα. Sir. XLVIII, 27. πνεύματι μεγάλῳ εἶδε (Iesaias) τὰ ἔσχατα, *nouissima.*

Ἔτι δὲ καὶ, *insuper etiam.* 2 Macc. VIII, 30.

Ἑτοιμάζειν ἑαυτὸν, *se explorare, se noscere.* Sir. XVIII, 23. πρὶν εὔξασθαι ἑτοίμασον σεαυτὸν, ne, quae praestare non potes, spondeas. Quare additur: καὶ μὴ γίνου ὡς ἄνθρωπος πειράζων τὸν κύριον. — *in ordinem disponere,* 3 Esdr. I, 4. ἑτοιμάσατε (כון, 2 Chron. XXXV, 4.) κατὰ τὰς πατριὰς καὶ τὰς φυλὰς ὑμῶν. — *destinare,* Tob. VI, 18. μὴ φόβου, ὅτι σοὶ αὕτη (Sara) ἡτοιμασμένη ἦν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. coll. Matth. XXV, 34. Hebr. XI, 16.

Ἔτος ἡμερῶν, *integer annus.* 1 Macc. I, 29. Vid. etiam Μήν.

Εὖ, aduerbiis quoque jungi, vt augeat eorum vim, non notauit *Bielius.* — εὖ μάλα, *maxime,* 2 Macc. VIII, 30. quod etiam pro adjectiuo dicitur, 2 Macc. X, 32. εὖ μάλα φρούριον, *firmissimum propugnaculum.* *Hesych.* εὖ μάλα· καλῶς, πάνυ.

Εὔελπις, *bonae spei plenus, bonam spem concipiens,* 3 Macc. II, 33. *Dio Cass.* p. 352. ed. *Reim.* (*hortar*) πρὸς τὸ μέλλον εὐέλπιδας εἶναι.

Εὐθαρσὴς γίναμαι, *bona fiducia plenus reddor.* 3 Esdr. VIII, 27. respondet hebr. התחזק, Esdr. VII, 28.

*Εὐθάρτος, qui facile corrumpi potest. Legitur Sap. XIX, 21. εὐθάρτων ζώων σαρκάς. coll. XVI, 18. — Deest vocabul. in Stephani thesauro.

Εὐημερία, res bene gestae, victoria. Addo 3 Macc. III, 11. Hesych. εὐημερία· εὐδαιμονία.

Εὐίλατος, propitius, placatus. 3 Esdr. VIII, 54. καὶ εὐίλατου ἐτύχομεν, in hebr. Esdr. VIII, 23. ויעתר לנו.

Εὔλαλος, Sir. VI, 4. non est facundus, sed suauia, dulcia; aliis grata loquens; nam est ibi i. q. λάρυγξ γλυκὺς in membro priori.

Εὐμαθῶς, promte ad discendum. Thom. Mag. Εὐμαθὴς, ὁ εἰς τὸ μαθεῖν ταχύς. — Legitur Sap. XIII, 11. sed sensu mutato; est enim: artificiose, scite. περιέξυσεν εὐμαθῶς πάντα τὸν φλοιὸν αὐτοῦ. Sic ἀμαθεῖς, stupidi ap. Ceb. Tab. III. — Legitur hoc vocab. in Trommii concordant.

Εὐνοέω, consentio, quod extat in versione quinta, Gens. XXXIV, 15. legitur quoque 3 Macc. VII, 11. προφερόμενοι τοὺς γαστρὸς ἕνεκεν τὰ θεῖα παραβεβηκότας προστάγματα, μηδέποτε εὐνοήσειν μηδὲ τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν.

Εὐνοῦχος, qui concubitum exercere non potest. Sir. XXX, 20. Deinde transfertur ad maritatos, qui liceat facultatem concubitus exercendi habeant, liberos tamen procreare non valent. Sic Sap. III, 14. Non enim h. l. est i. q. ἄγαμος, coelebs, vt Gloss. in Sap. a Bielio laud. habet, cum vix hoc significet. De variis vocab. signif. cf. Fischer proluss. de Vitiis LL. N. T. p. 499. Legitur quidem apud Clement. Alex. Strom 3. p. 426. (cf. Fischer l. l. p. 500.) eo sensu, vt sit: qui sua

sponte

sponte a conjugio abstinet; sed ne hoc sensu h. l. commode accipi potest, cum sermo sit de *maritatis, de conjugibus.* cf. v. 13. 16. IV, 3. 6. Hausisse videtur auctor sua ex Ies. LVI, 3. et consolatur maritatos, quod liberos procreare non valeant, sed sint *arbores aridae* (v. Ies. l. l.); neque eos beatos praedicat ob abstinentiam a matrimonio vel concubitu, sed affirmat, eos beatos fore μὴ ἐργασαμένους ἐν χειρὶ ἀνόμημα, μηδὲ ἐνθυμηθέντες κατὰ κυρίου πονηρά. — Cf. Sirac. XVI, 1-3.

Εὐοδία, *prosper successus, felicitas.* 3 Esdr. VIII, 50. respondet hebr. דרך ישרה, *via recta*, Esdr. VIII, 21. — 3 Esdr. VIII, 6. εὐοδίας δοθείσας παρὰ κυρίου, hebr. יד אלהים הטובה על, Esdr. VII, 9.

* **Εὐπραξία**, *felicitas in rebus gerendis, res secundae, prosper successus.* Legitur bis in libro 3 Maccab. et videtur his in locis esse *bona, pia agendi ratio, probitas.* c. III. 5, 6. τῇ δὲ τῶν δικαίων (legis paternae studiosorum) εὐπραξίᾳ κοσμοῦντες τὴν συναναστροφὴν, ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδόκιμοι καθεστήκεισαν. Τὴν μὲν οὖν περὶ τοῦ γένους (Iud.) ἐν πᾶσι θρυλλουμένην εὐπραξίαν οἱ ἀλλόφυλοι οὐδαμῶς διηριθμήσαντο. *Hesych.* Εὐπραγία· Εὐποιΐα; et paulo antea *Idem:* Εὐποιοί· δίκαιοι. — Legitur εὐπραξία bis in *Demosth.* et semel in *Dion. Cass.* l. 38. p. 179. ed. *Reim.* et frequentius est εὐπραγία, vt obseruauit *Stephanus* in thes. et *Alberti* ad *Hesychii* gloss.

Εὐπρεπὴς, *Bielius* vertit *decorus;* est vero etiam *nitidus, praestans, splendidus.* Sap. VII, 29. ἔστι γὰρ αὕτη (σοφία) εὐπρεπεστέρα ἡλίου.

Εὑρε-

Εὕρεσις, legitur quoque Sap. XIV, 11. et est *inuentio rei, de qua solerter cogitauimus.* Excipiunt enim se h. l. ἡ ἐπίνοια εἰδώλων, καὶ ἡ εὕρεσις αὐτῶν.

Εὑρίσκω, *mente adsequor, intelligo.* Sap. XIII, 6, 9. εὑρίσκειν τὸν Θεόν. Sap. I, 2. coll. Prou. III, 13. Sir. XVIII, 28. — *deinde*, id quod, antequam intelligamus, praecedat necesse est: *peruestigare, mente perscrutari,* i. q. ἐπιγινώσκειν, Judith. VIII, 14. vid. λαμβάνω. — denique, quod sequitur τὸ intellectum habere: *verum aliquid habere, verum experiri.* Sir. XXXIV, 22. καὶ ἐπ' ἐσχάτω εὑρήσεις τοὺς λόγους μου, denique vera esse, quae dixerim, experiere. — Εὑρίσκεσθαι, *adesse.* 3 Esdr. I, 7. ἐδωρήσατο Ιωσίας τῷ λαῷ εὑρεθέντι. — v. 9. et 21. coll. *Loesneri* obss. e Phil. p. 274. et *Kuinoelii* obss. ex libr. apocr. V. T. ad N. T. p. 178.

Εὐρύχωρον τὸ, *locus amplus et spatiosus,* aptus ad conuentum populi. 2 Esdr. V, 47. — hebr. רחוב, Esdr. X, 8. coll. Neh. VIII, 1. *Hesych.* Εὐρύχωρον· μεγάλως πολύχωρον.

* Εὔσπλαγχνος, proprie, *qui firmis est visceribus;* deinde ex hebraismo, *qui libenter misericordia vtitur, valde misericors et benignus.* Legitur Orat. Manass. v. 6. κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος, μακρόθυμος. *Hesych.* Εὔσπλαγχνον· εὔηλον, pro quo legendum esse censet *Alberti* (vid. eius not. ad h. gloss.) εὔιλον, nisi legere malueris cum aliis (vid. *Schleusn.* Lex. in N. T. s. voce εὔσπλαγχ.) εὔκηλον. Legitur in N. T. bis, Eph. IV, 32. 1 Petr. III, 8.

Εὐστάθεια, proprie, *stabilitas, firmitas;* deinde quae sunt firma et stabilia, adhibentur ad *firmam felicitatem, statum prosperum et firmum*

mum designandum; et sic legitur 3 Macc. III, 26. ἐν εὐσταθείᾳ καὶ βελτίστῃ διαθέσει.

Εὐσχήμων, proprie *formosus*; deinde, vt similia, quae externam pulchritudinem notant, ad *animi candorem* et *honestatem* transfertur, et est: *honestus, pudicus*. Sir. XXVI, 23. γυνὴ ἀσχήμων ἀτιμίαν καταστρέψει, (ignominia non cohibetur a scortatione), θυγάτηρ δὲ εὐσχήμων. —

Εὐτακτέω, quod semel occurrit, 2 Macc. IV, 27. proprie est: *ordinem seruo*, diciturque de militibus, qui ordinem non deserunt. Deinde ad mores vniuerse transfertur, et est: *ea praestare, quae sunt officii*, et h. l. *praestare promissa*. Menelaus nactus imperium pollicendo pecuniam, τῶν δὲ ἐπαγγελμένων τῷ βασιλεῖ χρημάτων οὐδὲν εὐτάκτει — *nihil praestitit*. Syrus ܝܗܒ, *dedit*. — Sic et ἀτακτεῖν ad mores transferri a re militari, notauit *Munthe* in obss. e *Diod. S.* ad 2 Thess. III, 7. — Sic quoque

Εὐτάκτως, proprie: *ordinate*; deinde, *modeste, decenter*; quo sensu habetur 3 Macc. II, 1. Simon pontifex, genua flectens, καὶ τὰς χεῖρας προτείνας εὐτάκτως, manus decenter attollens. — *Reisk.* in ind. *Demosth.* εὐτακτότερον τούτων ζῶν ἂν φανείην. *Ceb.* tab. XII. γυνὴ καθαρὰ καὶ εὔτακτος.

Εὐταξία, proprie *bonus ordo, moderatio, modestia*, vt et *Bielius* habet. In loco autem 3 Macc. I, 10. est *praeclara compositio, optima aedificii structura*. θαυμάσας τὴν τοῦ ἱεροῦ εὐταξίαν. *Syrus* duobus verbis reddidit: ܛܘܟܣܐ ܘܫܘܦܪܐ, *ordinem et decus*. *Iosephus* de bello jud. l. II. c. XIX.

p.

p. 203. ed. *Hauerc.* τὴν εὐταξίαν τῶν Ῥωμαίων, aciem instructam Romanorum. Vid. locum alium in Συνέχω.

Εὐφυής, recte S. V. *Schleusnerius* in Spicil. 1. *peritus*, 3 Esdr. VIII, 3. in textu enim hebr. Esdr. VII, 6. est מהיר peritus, quod LXX verterunt ταχὺς ἐν νόμῳ. Vid. *Bielius* in Ταχὺς. — *Iosephus*, qui antiq. l. XI. c. V. p. 560. ed. *Hau.* haec narrat, ita habet: ὃς (ἔσδρας) τῶν Μωϋσέως νόμων ἱκανῶς ἔμπειρος ὤν.

* **Εὐχαριστήριον**, *praemium, remuneratio.* Legitur 2 Macc. XII, 45. in Cod. Alex. vbi aliae edit. χαριστήριον. — *Polyb.* V, 14, 8. εὐχαριστήρια θύειν τοῖς θεοῖς.

Εὐχερῶς, *facile, expedite.* Ad vnum a *Trommio* et *Bielio* laudatum locum addo, Sap. VI, 2. 3 Macc. II, 31.

Εὐχή, non solum actio vouendi, sed etiam id, quod voto largimur et consecramus, *donum spontaneum* omnino. 3 Esdr. II, 9. ἐβοήθησαν ἐν πᾶσιν, ἐν ἀργυρίῳ — κτήνεσι, καὶ εὐχαῖς ὡς πλείσταις πολλῶν, et *aliis donis voluntariis largissimis.* In textu hebr. Esdr. I, 6. est נדבות. Proprie enim dicitur de rebus *Deo deuotis,* vt recte monuit S. V. *Schleusnerus* Spic. 2. et hoc sensu legitur 3 Esdr. II, 7. vbi in hebr. Esdr. I, 4. est נדבה; et 3 Esdr. VIII, 58. ὑμεῖς ἅγιοι ἐστὲ τῷ κυρίῳ, καὶ τὰ σκεύη, τὸ χρύσιον — εὐχὴ τῷ κυρίῳ — *res Deo deuotae.* (Esdr. VIII, 28. נדבה LXX. ἑκούσια) *Reiske* in ind. *Demosth.* ὥσπερ εὐχὴν ἐπιτελοῦσα, *simulacrum, donarium votiuum, voto facto diis condictum.*

Εὔχομαι, proprie quidem *voueo Deo.* Deinde autem de iis dicitur, quae ad Dei cultum praescribuntur, quia quae decernuntur, Deo

quasi

quasi vouentur; est igitur *praescribere*, *proclamare*, *constituere*. Sic 3 Esdr. VIII, 50. καὶ ηὐξάμην ἐκεῖ νηστείαν; quae *Iosephus*, antiquit. lib. XI. cap. V. p. 561. ita dixit: νηστείαν αὐτοῖς παρήγγειλεν. In textu enim hebr. Esdr. VIII, 21: leguntur ואקרא שם צום, Alexandri..: ἐκάλεσα.

Εὐψύχως, *beneuole, benigniter*, quod 2 Macc. VII, 20. legitur, et ibi est *animo forti*, extat quoque 3 Macc. VII, 18. „Rex, χορηγήσας αὐτοῖς εὐψύχως τὰ πρὸς τὴν ἄφιξιν πάντα, suppeditauit illis benigniter, quaecunque opus erant ad reditum in patriam."

Εὐωδία, *bonus odor*, (Sir. XXIV, 15. XXXII, 6.) 3 Esdr. I, 12. μετ' εὐωδίας, — in textu hebr. 2 Chron. XXXV, 13. בצלחות, *in catillis, patinis*. — Videtur graecus interpres צלחת deriuasse a צלח et scripsisse εὐοδίας, quanquam contextus repugnare videtur; sed hoc ipsum permouere potuit librarium, vt locum emendaret, et εὐωδίαν reponeret. Fauent vero huic mutationi LXX interpretes, qui illa verba hebraea 2 Chr. l. l. reddunt καὶ εὐωδώθη, et Vulgat. in loco 3 Esdr. legisse videtur εὐοδίας; vertit enim *cum beniuolentia*.

Εὐωχέομαι, *epulo excipior*. 3 Macc. VI, 14. εὐωχοῦντο δὲ πανδ. ὑπὸ τοῦ βασιλέως. — De proprio verbi vsu, vt sit, *moderate vti victu*, vid. *Raphel*. annot. e Xenoph. (Memor. l. III. c. 14.) p. 345.

Εὐωχία, proprie *epulum, laetum epulum*, et *voluptas in epulis*. cf. 3 Macc. IV, 1. 8. VI, 26. 30. V, 3. 17. Deinde vero significat *laetitiam*, *felicitatem* quamcunque. Sic

Fragm.

Fragm. Esth. IV. et VIII, 23. ἐπίστρεψον τὸ πένθος ἡμῶν εἰς εὐωχίαν.

Ἔφισος, aequalis, eiusdem pretii, pro ἔπισος legitur in Cod. Vat. Sir. IX, 10. Alex. et Compl. ἔπισος. Retinuit *Augusti* in noua Libr. Apocr. V. T. edit. lectionem romanam, quae, an satis defendi possit, definire nolo.

Ἐφημερία, *ministerium diurnum.* 3 Esdr. I, 16. hebr. עבודה, 2 Chron. XXXV, 15:

Ἔχω, vt Latinor. *habeo*, est quoque *puto, existimo*, i. q. λογίζομαι. 2 Macc. VI, 11. διὰ τὸ εὐλαβῶς ἔχειν βοηθῆσαι ἑαυτοῖς, quia illicitum arbitrabantur, se defendere, propter diei religiosam opinionem. — ἔχειν εἰς γελῶτα, εἰς παραβολὴν, Sap. V, 3. i. q. λογίζεσθαι vers. sq. et c. II, 16.

— οὕτως ἔχειν, *sic sese habere, ita esse.* 2 Macc. X, 9. καὶ τὰ τοῦ Ἀντιόχου τελευτῆς οὕτως εἶχε. (LXX interpretes hebr. היה, Ex. XXVIII, 28. Ios. VIII, 20.) *Reisk.* in Indice *Demosth.* τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, *res sic se non habet.* — De librorum argumento vsurpat *Dio Cass.* l. 40. p. 256. ed. *R.* βιβλίον, ἔπαινον αὐτοῦ ἔχον, — laudes eius narrans.

— καλῶς ἔχειν, vel *vtile esse, praestare*, vel *recte, bene facere*, 3 Esdr. II, 20. καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνομεν, μὴ ὑπεριδεῖν τὸ τοιοῦτο, *recte agere*, vel *vtile esse* putabamus, hoc non negligere. Iisdem verbis vtitur *Iosephus*, idem narrans antq. l. XI. cap. V. p. 549. ed. *Hau.* καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἡμῖν. — *Lucian. S.* de Merc. Cond. T. I. p. 660. ed. *Reiz.* καλῶς δὲ εἶχε, *at praestiterat. Dio Cass.* l. 36. p. 96. ed. *Reim.* καλῶς ὑμῖν ἔχει, *vtile vobis est. Dionys. Hal.* l. X. c. 6. (T. IV. p. 1997. ed. *Reisk.*)

Reisk.) σκοπεῖτε, εἰ ἄρα καλῶς ὑμῖν ἔχει τοιούτου φείσασθαι πολίτου.

ἐχόμενος, בכתר, Cant. II, 14. — sensum expressere.

ἔχοντες, *experti, experientia cognitum habentes*, 3 Esdr. VIII, 82. καὶ νῦν τί ἐροῦμεν ἔχοντες ταῦτα; hebr. ועתה מה־נאמר אחרי־זאת, Esdr. IX, 10. Sic *Xenophon* Cyrop. lib. III, c. II. *qui nunquam cessarunt malis nos affligere*, τούτους νῦν ὁρῶ ἔχοντας ὥσπερ ἐγὼ ηὐχάμην, *hos jam video illa vti forte, qua optaueram*.

Ἕως, venire interdum sensu rariori, vt sit *continuo, semper*, docet Sir. XLII, 21. καὶ ἕως ἐστὶ (scl. ὁ Θεὸς) πρὸ τοῦ αἰῶνος καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, οὔτε προσετέθη, οὔτε ἠλαττώθη, καὶ οὐδὲ προσεδεήθη οὐδενὸς συμβούλου, *continuo ille fuit ab aeterno et erit in aeternum* etc. Conuenire videtur hebr. עוד, *adhuc*, cf. Dan. IX, 26. vbi LXX ἕως, *Theodotion* autem ἔτι. Vid. *Schleusneri* Spic. 1. Sic *Demosth.* 968. 4. (ed. *Reiskii*) ἕως ἀπεδήμουν ἐγὼ, *toto illo tempore, quo ab vrbe aberam*. Pro καὶ ἕως habet autem codex Alexand. ὅς, (Vulgat. *qui*) quam lectionem praetulerim, nisi vix intelligeretur, quomodo difficilior lectio, καὶ ἕως, orta fuerit. Sic et Latinor. *vsque* proprie est *sine intermissione, semper, continuo*.

Ἕως εἰς, i. q. εἰς simpliciter. 1 Macc. II, 58. Elias ob legis diuinae studium ἀνελήφθη ἕως εἰς τὸν οὐρανόν.

Z.

Ζάω, *vigeo, permaneo.* Sir. XLIV, 14. καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ζῇ εἰς γενεάς. — Omisit *Bidius* no-

notare formulam adjurantis, quae e. g. legitur Iudith. II, 12. ὅτι ζῶν ἐγὼ — λελάληκα καὶ ποιήσω ταῦτα, per vitam meam — quae dixi praestabo. XI, 7. ζῇ βασιλεὺς — καὶ ζῇ τὸ κράτος αὐτοῦ ὅτι δουλεύουσιν κ. τ. λ. XII, 4. XIII, 16. — Respondet hebr. חי, Ezech. XX, 3.

Ζῆλος νόμου, *feruor pro lege, in lege tuenda.* 1 Macc. II, 58. coll. v. 54.

Ζυγὸς, *jugum, transtrum, sedes remigium.* Hoc sensu legitur, 3 Macc. IV, 9. οἱ μὲν τοῖς ζυγοῖς τῶν πλοίων προσηλόμενοι τοὺς τραχήλους. — cf. *Stephan.* thes. s. h. v.

Ζωὴ, *agendi ratio vel bona vel mala.* Sap. I, 12. — *felicitas.* Sir. XVII, 11. προσέθηκεν αὐτοῖς ἐπιστήμην, καὶ νόμον ζωῆς — leges saluberrimas.

Ζωοποίησις, quod Esdr. IX, 8, 9. legitur, *Biel.* vertit: *viuificatio.* Sed est potius *vitae conseruatio* et *sustentatio,* quae non solum in eo cernebatur, quod rex iis victum suppeditaret, sed quod etiam eos interfici non juberet. Alter interpres graecus (3 Esdr. VIII, 79, 80.) hebr. מחיה recte vertit τροφή.

H.

Ἤ, *quam.* hebr, ולא, Hos. XIV, 42. — Omittitur interdum ante ἢ comparatiuus μᾶλλον vel similis. v. c. Sir. XLI, 12. αὐτὸ (fama bona) γὰρ διαμένει ἢ μεγάλοι θησαυροί. Sir. XXII, 15. βῶλον σιδήρου εὔκοπον ὑπενεγκεῖν, ἢ ἄνθρωπον ἀσύνετον. Exemplum e *Diod. S.* vbi quoque μᾶλλον deest, attulit *Munthe*

 (obss.

(obſſ. e 'D. S.) ad Matth. XVIII, 9. Vid. etiam 4 Macc. IX, 1. ἕτοιμοί ἐσμεν ἀποθνήσκειν, ἢ παραβαίνειν τὰς πατρίους ἡμῶν ἐντολάς.

ἤπερ, quam. 2 Macc. XIV, 42. ἤτοι, ſiue. Sap. XI, 18.

* Ἤδη, jam. Legitur Sap. XVIII, 9, 23. XIX, 16. — Reſpondet hebr. כבר Eccleſiaſt. I, 10. — ἀνάγκη ἤδη, i. q. τὸ νῦν, afflictio praeſens, Tob. III, 6.

ἤδη καὶ, adeoque. 3 Macc. VI, 24. καὶ ἐμὲ αὐτὸν τὸν ὑμῶν εὐεργέτην ἐπιχειρεῖτε τῆς ἀρχῆς ἤδη καὶ τοῦ πνεύματος μεθιστᾷν. De formula ἤδη δὲ καὶ, quin imo etiam, vide quae pluribus diſputauit Raphelius in annot. e Polyb. ad Matth. III, 10.

Ἡδονὴ, ſuauitas, amoenitas, dulcedo. Sap. XVI, 20. Manna πᾶσαν ἡδονὴν ἰσχύων. Heſych. ἡδέως· εὐθύμως, γλυκέως. — ἡδονὴ (ἐν) ὕπνῳ, voluptas in concubitu. Sap. VIII, 2.

Ἥλιος, metaphorice cognitio vera et ſaluberrima, i. q. σοφία. Sap. V, 6. ἐπλανήθημεν ἀπὸ ὁδοῦ ἀληθείας, καὶ ὁ ἥλιος οὐκ ἀνέτειλεν ἡμῖν. — Reiske in Ind. Demoſth. τί ποιήσουσι τὸν ἥλιον ἰδόντες, οἱ μὴ δυνάμενοι πρὸς τὸν λύχνον ἀντιβλέπειν.

Ἡμέρα, omittitur interdum, 3 Esdr. VIII, 61. δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι (ἡμέρᾳ) τοῦ πρώτου μηνός. coll. Esdr. VIII, 31. — ἡμέραι, dies feſti. 2 Macc. II, 16. Vid. Καθαρισμὸς, et cf. Vorſtius de hebr. N. T. p. 106. — ἡμέραι ἀριθμοῦ, Sir. XVII, 2. dies numeri, i. e. dies numerati; adjecta breuitatis notione: qui facile numerari poſſunt. — Μὴν ἡμερῶν. Vid. Μήν.

Ἥττων, Sap. XVII, 15. ἥττων ἐστι ἡ προσδοκία, i. e. nulla eſt ſpes. cf. Ἐλάσσων. LXX hebr. דל, Iob. XX, 10.

Ἦχος,

ʹΗχος, *sonitus, strepitus,* Sap. XVII, 4. *Hesych.* ἦχος· φωνή, κτύπος, ἐκφώνησις. — Deinde *cantus.* Sap. XVII, 18. ἦχος ὀρνέων. — denique *modus,* Gesangsweise, Tonweise. Sic videtur accipiendum esse Sap. XIX, 18. μένοντα ἤχῳ, quae *Nachtigal* vertit: *getreu ihrer Art.* cf. *Schleusneri* Spicil. 1. s. h. v.

Θ.

Θάνατος, i. q. θανατωθέντες, Sap. XVIII, 16. πάντα ἐπλήρωσε θανάτου, omnia repleuit *cadaueribus. Arabs:* موتى, *mortuis.* Vid, Βίος.

* Θάττον. s. θᾶσσον, *celerius,* attice pro τάχιον. *Phryn.* p. 26. Ἕλληνες τὸ τάχιον, θᾶττον δὲ Ἀττικοί. *Hesych.* θᾶττον· εὐθὺς, ταχίον, ταχέως. Ter legitur in secundo Macc. libro c. IV, 21, 31. XIV, 11.

Θεραπεύειν, *sanare;* deinde si respicitur ad caussam sanationis, est: *medicina vti.* Sir. XVIII, 19. πρινὴ λαλῆσαι μάνθανε, καὶ πρὸ ἀρρωστίας θεραπεύου. — Tum etiam est *restituere, reficere,* diciturque de muris et moeniis, 3 Esdr. II, 18. quod recte monuit S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 2; respondet enim chald. שכלל, Esdr. IV, 12. quod idem interpres infra versu 24. vertit ἀνίστημι. Interpretatur vero hoc verbum optime *Iosephus*, antiq. l. XI. cap. II. p. 549. ed. *Hauerc.* qui quidem sic dixit: καὶ ἐπισκευάζουσι τὰ τείχη. *Polyb.* IV, 70, 2. θεραπ. τὴν δύναμιν, exercitum reficere; et lib, X, 20, 2. θεραπεύειν τὰς πανοπλίας.

Θέσις, significat quoque *actum collocandi*, 3 Esdr. I, 3. ἐν τῇ θέσει τῆς ἁγίας κιβωτοῦ — ἐν τῷ οἴκῳ, eo quod collocarent. — in textu

 hebr.

hebr. 2 Chron. XXXV, 3. eſt תנו, *collocate.*

Θεωρία, non ſolum de externo cultus Dei ſplendore et pompa dicitur, ſed ſimpliciter quoque notat *ſpectaculum.* 3 Macc. V, 24. τὰ δὲ κατὰ τὴν πόλιν πλήθη συνήθροιστο πρὸς τὴν οἰκτροτάτην θεωρίαν — ad *funeſtiſſimum ſpectaculum* internecionis ſcilicet Iudaeorum.

Θήρα, *beſtia, fera.* hebr. משׁים, Hoſ. V, 2.

Θηρίον, ſi de pugnis, aut rebus bellicis ſermo eſt, ſaepius κατ' ἐξοχὴν notare *Elephantes,* notauit S. V. *Schleusnerus* Sp. 1. Addo 2 Macc. XV, 20, 21. 3 Macc. V, 23, 29, 45. VI, 16, 21.

Θνήσκω. Notandus eſt locus Bar. III. 4. quem jam S. V. *Schleusnerus* Spicil. 1. interpretatus eſt. Verba ſunt: ἄκουσον τῆς προσευχῆς τῶν τεθνηκότων Ἰσραήλ. *Schleusn.* l. l. „τεθνηκότες, inquit, ſunt iidem qui ἁμαρτάνοντες dicuntur, *peccatores.* Nec tamen repugnarem, ſi quis *homines miſeros in captiuitatem abductos* explicare vellet, coll. v. 7.“ Quae poſterior explicatio eo firmari poſſet, quod ἀναιρεῖν interdum eſt: *ſummis obruere miſeriis.* Vid. Ἀναιρεῖν. Supereſt vero duplex adhuc interpretandi ratio, *vel* vt ſint *caedi deſtinati,* vt in Apoc. XIII, 8. ἀρνίον ἐσφαγισμένον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου (— occiſioni deſtinatus, vid. etiam Καταράομαι) *vel* vt intelligantur *majores mortui,* qui *adhuc* pro ſalute populi ad Deum preces fundant. Hoc mihi veriſimilius videtur propter ſequentia et verſum 5 et 7. Vid. 2 Macc. XII, 43-45. XV, 12 ſqq.

Θοίνη, ad vnum Sap. XII, 6. locum, quem *Bielius* attulit, addo 3 Macc. V, 31.

* Θραῦμα, *fragmentum*. 2) *fractio ipsa, caedes, clades*. Legitur Iudith. XIII, 5. et est i. q. θραῦσμα, vt habet Cod. Alex. cuius lectionem *Biel*. sequutus est. Vid. θραῦσμα, in *thes. B.*

Θρυλλέω, *diuulgo, dissemino, famigero*. Praeter Prou. II, 15. legitur bis 3 Macc. c. III. v. 6. et 7. ἡ ἐν πᾶσι θρυλλουμένη εὐπραξία, vbi celebrata probitas Iudaeorum. (*Polyb*. VI, 4, 6. λόγος τεθρύλληται πολὺς ὑπὲρ τούτου); v. 7. τὴν διάστασιν ἐθρύλλουν.

Θυγάτηρ, notat quoque *vxorem, foeminam*. Sir. XXVI, 23. γυνὴ ἀσχήμων — θυγάτηρ δὲ εὐσχήμων τὸν ἄνδρα ἐντραπήσεται. — θυγατηρ vt υἱὸς interdum omittitur, v. c. Tob. III, 17. Σάῤῥα ἡ τοῦ Ῥαγουὴλ. — θυγατέρες θεοῦ, Israëliticae vxores, Sap. IX, 7.

Θυίσκη, *thuribulum, acerra*. — *Stephanus* in thes. „θύσκη, inquit, scapha, ad recipienda ea, quae diis offeruntur. At θυΐσκη videtur esse thuribulum, vel martariolum, acerra." — Legitur 3 Esdr. II, 13. vbi respondet Esdr. I, 9. hebr. מחלפים, vasa libatoria *minora*.

Θυμός, interdum *indoles, natura*, diciturque de primis naturae, de anima quae sentit et afficitur. Sir. X, 18. οὐκ ἔκτισται ἀνθρώποις ὑπερηφανία, οὐδὲ ὀργὴ θυμοῦ γεννήμασιν γυναικῶν. Vid. etiam *Schleusn*. Spic. 2. Theognid. v. 367. ἀνθρώπων δ' εὖ οἶσθα νόον, καὶ θυμὸν ἑκάστου. Inde et idem quod πνεῦμα vel καρδία simpliciter, vt 2 Macc. XIII, 4. Deus ἐξήγειρε τὸν θυμὸν τοῦ Ἀντιόχου, quod 3 Esdr. II, 8. ita dicitur ἔγειρε τὸ πνεῦμα.

Θυσία, 3 Esdr. I, 12. in hebr. קודש, 2 Chron. XXXV, 13.

Θυσιαστήριον. Neglexit *Bielius* adnotare, hoc vocabulum Hos. III, 4. respondere hebr. מצבה *statua, monumentum erectum.*

I.

Ἴασις, mortis remedium. Sap. II, 1. οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τελευτῇ ἀνθρώπου. — Sir. XXI, 3. *remedium;* τῇ πληγῇ οὐκ ἔστιν ἴασις.

Ἰδιότης, *singularis rei natura et ratio.* 3 Macc. VII, 17. Πτολεμαΐδα τὴν ὀνομαζομένην διὰ τὴν τοῦ τόπου ἰδιότητα ῥοδόφοραν — quae ob loci naturam cognominabatur *rosifera.* Sic *Polyb.* V, 68, 11. αἱ τῶν τόπων ἰδιότητες.

Ἱερατεύω. ἱερατεύοντες, 3 Esdr. VIII, 46. hebr. משרת, Esdr. VIII, 17.

Ἱερεὺς Esdras κατ' ἐξοχὴν appellatur, 3 Esdr. VIII, 8. vbi in hebr. est הספר, Esdr. VII, 11.

Ἱερόδουλος, *sacris inseruiens,* 3 Esdr. VIII, 22. 51. V, 35. respondet hebr. et chald. נתינים, Esdr. VII, 24. VIII, 20. II, 58. — et 3 Esdr. I, 3. respondet hebr. מבונים, vel juxta *Keri* מבינים *intelligentes, legis periti,* 2 Chron. XXXV, 3. vbi LXX δυνατοὶ verterunt.

Ἱερόν, τὸ, *templum.* 3 Esdr. VIII, 91. hebr. בית אלהים, Esdr. X, 1. Confer quoque 3 Esdr. IX, 1. 6. et Esdr. X, 6, 9.

* Ἱεροσύλημα, *sacrilegium, scelus atrox quoduis.* Extat 2 Macc. IV, 39. γενομένων δὲ πολλῶν ἱεροσυλημάτων. *Hesych.* Ἱεροσυλημάτων· τῶν κλοπῶν τοῦ ἱεροῦ.

Ἱεροψάλτης, *sacrorum cantor,* quod 3 Esdr. I, 15. et V, 46. legitur, in vtroque loco respondet

ſpondet hebr. משרת, quod eſt in textu hebr. 2 Chron. XXXV, 15. et Esdr. II, 70.

*Ἱκανόομαι ἔν τινι. *contentus ſum aliqua re,* Add. Eſth. c. IV. οὐχ' ἱκανώθησαν *(inimici)* ἐν πικρασμῷ δουλείας ἡμῶν, ἀλλ' — *non contenti — impoſuerunt quoque.*

*Ἱκεσία, *ſupplicatio,* quod S. V. *Schleusnerus* Sp. 1. jam adjecit *Bielio,* legitur quoque aliquoties in 2 libro Macc. in cod. Alex. v. c. XII, 42. vbi alii codd. ἱκετεία. *Phrynich.* ἱκεσία, inquit, καὶ τοῦτο ἀδόκιμον. ἱκετεία δέ. Legitur vero ſaepius apud *Lucian. S.* (v. c. de Dea Syr. T. III. p. 469. ed. *Reiz.* et T. II. p. 179.) et *Dionyſ. H.* — *Heſych.* Ἱκεσίας· πρεσβείας, ἱκετηρίας, παρακλήσεις, δεήσεις.

*Ἵνα, poni interdum pro ὅτι monuit *Vorſtius* de hebr. p. 287 ſq. et eodem modo legitur, Sap. XIII, 9. coll. Marc. IV, 12. Luc. VIII, 10.

* Ἰουδαϊσμός, *respublica Iudaeorum, leges, inſtituta eorum.* Legitur 2 Macc. II, 21. καὶ τὰς ἐξ οὐρανοῦ γενομένας ἐπιφανείας τοῖς ὑπὲρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ φιλοτίμως ἀνδραγαθήσασιν. et ibidem cap. XIV, 38. Legitur praeterea in 4 Maccab. libro c. IV, 26. ἐξόμνυσθαι τὸν Ἰουδαϊσμόν. Deeſt voc. in *Stephano.*

*Ἱπποδρόμος, habetur quoque 3 Macc. IV, 11. et V, 46. „Hunc hippodromum deſcribit *Strabo* libro XVII. Ei nomen Lageo fuiſſe docet nos *Epiphanius* in libro de ponderibus et menſuris.“ *Grotius* ad loc. prior.

*Ἴσος. — ἴσα aduerbialiter: *aequaliter, perinde ac.* Sap. VII, 3. ἴσα κλαίων. Pro ἴσα deinde cap. XIV, 9. dicitur ἐν ἴσῳ γὰρ μισητὰ θεῷ καὶ ὁ ἀσεβῶν, καὶ ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ. Ἴσον et dici

dici illum, qui plane eadem est natura ac alius, docet Sap. VII, 1. ἴσος ἅπασι (ἀνθρώποις) — cf. Philipp. II, 6. εἶναι ἴσα Θεῷ.

Ἵστημι, *ratum esse jubeo, praesto aliquid.* Bar. II, 1. καὶ ἔστησε κύριος τὸν λόγον αὐτοῦ, *ratas fecit minas.* — *saepe et diu in aliquo loco versor,* Sir. VI, 34. ἐν πλήθει πρεσβυτέρων στῆθι. Sic in eadem sententia Prou. XV, 13. hebr. ילך. coll. Sir. XI, 20. vbi explicatur per ὁμιλεῖν. Vid. etiam 1 Reg. XII, 6, 8. — *appendo,* 3 Esdr. VIII, 62. hebr. נשקל הכסף, *appendebatur aurum,* Esdr. VIII, 33. coll. v. sq. et *Raphel.* an. e Xenoph. ad Matth. XXXV, 15. *Elsneri* obss. s. T. I. p. 395. *Demosth.* 1200, 1. (ed. *Reisk.*)

Ἱστορέω, 3 Esdr. I, 33. hebr. כתב, 2 Chron. XXXV, 27. — ἱστορηθέντα, 3 Esdr. I, 42. hebr. דברים, 2 Chron. XXXVI, 8.

Ἰσχύς, proprie *vis, fortitudo.* 3 Esdr. VIII, 52. vbi in hebr. Esdr. VIII, 22. est יד. Deinde *vigor aetatis;* v. *Schleusn.* Spic. 1. Addo Sir. III, 13. — Denique *abusus virium, violentia, ira,* — *poena,* i. q. θυμός. Sir. XXXIX, 28. ἐν καιρῷ συντελείας ἰσχὺν ἐκχέουσι, καὶ τὸν θυμὸν τοῦ ποιήσαντος αὐτοὺς κοπάσουσι, spiritus poenas diuinas abunde infligent, et iram creatoris sedabunt.

Ἰσχύω, *vim exerceo, operor.* Sap. XIX, 20. πῦρ ἴσχυσεν ἐν ὕδατι. XVI, 20. Manna πᾶσαν ἡδονὴν ἰσχύων, quemcunque dulcedinis sensum excitans.

Ἴχνος, respondet hebr. דרך, et est *via.* Sic enim intelligendum est Sir. XXXVII, 17. Verba difficiliora haec sunt: ἴχνος ἀλλοιώσεως καρδίας. Τέσσαρα μέρη ἀνατέλλει, ἀγαθὸν καὶ κακὸν

κακὸν ζωὴ καὶ θάνατος. — Equidem puto delendam esse distinctionis notam post καρδίαν, et ante ἴχνος supplendum κατά. Vertendum nunc erit: secundum (*viam* i. e.) *rationem* mutati consilii quatuor oriuntur res, bonum et malum etc. P. R. *Lindius*, qui eodem modo utrumque versum conjunxit, vertit: indicium immutati consilii quatuor partes producunt, emolumentum et detrimentum, salutis spes, et vitae periculum. Mavult vero ἴχνος ἀλλοιώσεως accipere pro ipsa ἀλλοιώσει, abundante ἴχνος. In eadem *viae* notione legitur Sap. II, 4. παρελεύσεται ὁ βίος ἡμῶν ὡς ἴχνη νεφέλης.

K.

Καθά, *quemadmodum, prout.* Bar. I, 6. καθὰ ἑκάστου ἠδύνατο ἡ χεὶρ, colligebant pecunias prout quisque haberet, quod daret. — *contra quae, praeter ea quae,* Sap. III, 10. ἀσεβεῖς δὲ καθὰ ἐλογίσαντο ἕξουσιν ἐπιτιμίαν, *praeter opinionem punientur.* — Καθάπερ 3 Esdr. VIII, 11. chald. כל־קבל די, Esdr. VII, 13.

Καθαιρέω, *detraho,* Iudith. XIII, 6. κάθειλε τὸν ἀκινάκην αὐτοῦ, detraxit gladium ejus in columella suspensum. hebr. הוריד.

Καθαρισμὸς, *festum expiationis,* 2 Macc. II, 16. μέλλοντες ἄγειν καθαρισμὸν ἐγράψαμεν ὑμῖν. καλῶς οὖν ποιήσετε ἄγοντες τὰς ἡμέρας.

Καθαρὸς, i. q. ἅγιος, *inuiolabilis, sanctus.* Sap. XIV, 24. οὔτε βίους οὔτε γάμους καθαροὺς φυλάσσουσιν, i. e. scortantur et committunt caedes. Vid. Tit. I, 15.

Καθέδρα. Monuit jam S. V. *Schleusnerus* in Spic. 1. ad Sir. XII, 12. hoc vocabulum significare *locum, vbi quis sit collocatus, conditionem hominis.* Addo locum insignem Sir. VII, 4. μὴ ζήτει παρὰ κυρίου ἡγεμονίαν, μηδὲ παρὰ βασιλέως καθέδραν δόξης. coll. Matth. XXIII, 2. et 1 Sam. XX, 24.

Κάθημαι, proprie *sedeo*, deinde *humi sedeo, me subjicio.* Iudith. VIII, 21. „capta vrbe καθήσεται πᾶσα ἡ Ιουδαία, tota Iudaea se subjiciet. (Ald. et Compl. κληθήσεται, alii καυθήσεται.) — Καθήμενος, *sedens* i. e. perseuerans, manens, Bar. III, 3. σὺ καθήμενος (εἰς) τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι (εἰς) τὸν αἰῶνα; tu in aeternum es, nos in aeternum peribimus. Syrus bene ܩܝܡ, *firmatus* i. e. *stabilis es.*

Καθιδρύω, *colloco, erigo.* Legitur quoque 3 Macc. VII, 30. ὃς καὶ ἀνιερώσαντες ἐν στήλῃ κατὰ τὸν τῆς συμποσίας τόπον προσευχῆς καθιδρύσαντες, ἀπέλυσαν κ. τ. λ. — nisi hoc loco potius est *considere*, vt apud *Dionys. Halic.* lib. I, 11. p. 31 sq. ed. *Reisk.* *supra Iapygium promontorium* ἐκβιβάσας τὸν λεὼν αὐτοῦ καθεδρύεται, *expositis suis, consedit.* Sed vide Προσευχή.

Καθίζειν τινὰ ἐκ δεξιῶν (coll. Luc. I, 11.), *aliquem proximum sibi facere auctoritate et potentia, ad summos honores prouehere.* Sir. XII, 12. μὴ καθίσῃς αὐτὸν (*inimicum tuum*) ἐκ δεξιῶν σου, μήποτε, ζητήσῃ τὴν καθέδραν σου (*honoris locum quem tu obtines*, vid. Καθέδρα.) coll. 1 Sam. XX, 25. et 1 Macc. X, 63. Ps. CX, 1.

Καθίσταμαι, *constituor, reddor, cognoscor aliquis.* 3 Macc. III, 5. ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδόκιμοι καθειστήκεισαν, omnibus hominibus grati, probati reddebantur. *Sophocl.* Antig. 1174. μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς vbi Scholiast. συμβαινόντων, γινομένων

Καθοράω, *perspicio*, ad vnum *Bielii* locum addo 3 Macc. III, 11. et Sir. XXIII, 20. in Compl.

* **Καθόσον**, siue καθ' ὅσον, *quatenus, quantum.* Sir. XLIII, 30.

Κάθοδος, *reditus*, 3 Esdr. II, 24. vbi respondet chaldaeo חלק, *pars, portio, tributum*, Esdr. IV, 16. Ni autem egregie fallor interpres legit הלך quod et *iter*, et *vectigal*, quod a proficiscentibus exigitur, significat. *Iosephus* autem, antiq. lib. XI. c. II. p. 550. ed. *Hau.* consentit cum Nostro, dicens: ἀποκλείεταί σοι ἡ ὁδός. Ceterum κάθοδος saepius de reditu dicitur aqud profanos, vt v. c. ap. *Polyb.* IV, 52, 8. de reditu ab exilio.

Καθυφαίνω s. καθυφάω, *contexo, intexo*, legitur etiam Iudith. X, 21. κωνωπεῖον, ὃ ἦν ἐκ πορφύρας — καὶ λίθων πολυτελῶν καθυφασμένων. *Hesych.* καθυφαίνειν· ἐνδοῦναι, ὑποχωρεῖν, καθυποβάλλειν.

Καθώς, de tempore, *cum, postquam.* 2 Macc. I, 31. καθὼς δὲ ἀνηλώθη τὰ τῆς θυσίας — ὁ Νεεμίας ἐκέλευσε κ. τ. λ. Vid. Act. VII, 17. 1 Cor. V, 7.

Καί. Afferam hic, quae passim ex libris apocryphis huius particulae notiones obseruaui. — *inprimis.* Addo Sir XVIII, 14. vid. κατασπεύδω. — *sed*, Sir. XL, 30. vid. Ἐπαίτησις. — *vt*, Sir XII, 1. ἐὰν εὖ ποιῇς, γνῶθι τίνι ποιεῖς, καὶ ἔσται χάρις τοῖς ἀγαθοῖς σου. — *modo*, Sir.

Sir. XXV, 13. πᾶσαν πληγὴν, καὶ μὴ πληγὴν καρδίας, καὶ πᾶσαν πονηρίαν καὶ μὴ πονηρίαν γυναικός. — *adeo, vel,* Sap. II, 15. βαρύς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμενος, moleſtus nobis eſt vel adſpectu. — *attamen,* Iudith. XIV, 2. ὡς καταβαίνοντες — καὶ οὐ καταβήσεσθε — ſimulantes deſcendere — attamen non deſcendite. — *etiam, quoque.* Iudith. XV, 3. καὶ οἱ παρεμβεβληκότες Βετυλούα καὶ (i. e. καὶ αὐτοὶ) ἐτράπησαν εἰς φυγήν, illi ipſi quoque, qui Betuliam cingerent, in fugam ſunt conjecti. — pro ὅς, ἥ, ὅ; addo Sap. XI, 17. ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ καὶ κτίσασα κόσμον, — quae mundum quoque parauit. Sic hebr. ו pro אשר. Vid. etiam Sir. X, 31. ὁ δοξαζόμενος ἐν πτωχείᾳ, καὶ ἐν (i. e. οὗτος ἐν) πλούτῳ ποσαχῶς. coll. v. 30. et Sir. XXVIII, 1. — Denique pleonaſtice ponitur 3 Eſdr. VI, 22. vbi regis epiſtola incipit per καί. Sir. XL, 3. vbi καὶ ἕως pro ἕως ſimpliciter.

Καινίζω, *nouis formis induo, in nouas formas redigo.* Sap. VII, 27. ἡ σοφία καινίζει τὰ πάντα, quae ſenſu praegnante et ad emendationem (vt καινὸς in Nouo Teſt. v. c. 2 Cor. V, 7. Gal. VI, 15.) et ad varias rerum ſpecies ſemper recurrentes et virtute σοφίας reſtaurandas et innouandas ſunt referenda. Videſis quae vberius diſputauimus in diſputationibus noſtris ſuper libro Sapient. part. III. p. 9 ſq. — *Nouas res inſtituo, illarum ſum cupidus, illas molior.* 2 Macc. IV, 11. παρανόμους ἐθισμοὺς ἐκαίνιζεν.

Καιρός, *occaſio, opportunitas.* Addo Iudith. XII, 6. ἐτήρει (Holofernes) καιρὸν τοῦ ἀπατῆσαι αὐτὴν (Iuditham.) Sir. XIX, 28. ἐὰν εὕρῃ καιρὸν κακοποιήσει.

πρὸς

πρὸς καιρὸν, *aliquamdiu, ad tempus.* Sap. IV, 4. κἂν γὰρ ἐν κλάδοις πρὸς καιρὸν ἀναθάλῃ.

* Κακοήθεια, *malignitas, ingenii morumque prauitas.* Legitur in Additam. Esth. VIII, 16. 3 Macc. III, 22. et VII, 3. Vid Σύμφυτος. *Hesych.* Κακοηθείας· κακοτροπίας. Semel legitur in N. T. Rom. I, 29. Vid. *Polyb.* V, 50, 5. Plutarch. de discr. am. et adul. 314. Aduerb. κακοήθως, vid. ap. *Ioseph.* antq. IV. c. 2. p. 196. ed. *Hauerc.*

Κακία, *noxa, afflictio, malum,* 3 Esdr. II, 29. vbi in textu chaldaeo Esdr. IV, 22. legitur חבל.

Κακολογέω, non solum maledico, sed etiam *obtrector, criminor insimulo,* 2 Macc. IV, 1. ἐκακολόγει τὸν Ὀνίαν, ὡς αὐτός τε εἴη τὸν Ἡλιόδωρον ἐπισεσεικώς.

Κακοποιέω, *destruo, demolior, perdo,* quo sensu legitur 3 Esdr. VI, 23. κωλῦσαι καὶ κακοποιῆσαι τὸν οἶκον κυρίου, templi exstructionem impedire, aut illud diruere. Nam in textu chaldaeo Esdr. VI, 12. est חבל, *perdere.* Sic etiam

Κακοποίησις, esse videtur *interitus,* 3 Macc. III, 2.

Κακότεχνος, quod Sap. I, 4. non solum sed etiam ibid. c. XV, 4. legitur, non est *mala indole praeditus,* sed actiue: *qui mala molitur, artificiosus et sedulus in malo efficiendo;* quae notio, si vel dubium sit illam valere in loco priori, certe tamen locum habet in posteriori, vbi κακότεχνος ἐπίνοια tribuitur

male

male sedulis in idolis excogitandis et formandis. Vulgat. hominum malae artis excogitatio. coll. 4 Macc. VI, 25. διὰ κακοτέχνων ἐργάνων καταφλέγοντες αὐτόν.

Κακῶς, ad intellectum referri, docet Sap. XIV, 3. κακῶς φρονεῖν περὶ θεοῦ. Sic apud profan. saepissime.

κακῶς ὀμνύω· *perjuro*, Sap. XIV, 29. idem quod v. 30. ἀδίκως ὀμνύω.

Καλέω, *accerso*, Iudith. VIII, 10. *conuoco*, pro συγκαλέω. Ad locum Iud. IV, 13. a *Bielio* laudatum addo Iudith. II, 14. coll. v. 2. ibid. V, 2. et 1 Macc. I, 6. *Alexander moribundus* ἐκάλεσε τοὺς παῖδας αὐτοῦ τοὺς ἐνδόξους. — Καλέομαι, *cognominor* i. q. ἐπικαλέομαι, 2 Macc. X, 12. 1 Macc. III, 1. coll. c. II, 4.

Καλλονή, *praestantia, perfectio*, quia non nisi in suo genere perfecta *pulchra* esse possunt. Sap. XIII, 3, 5. καλλονὴ κτισμάτων, perfectio summa atque decus rerum creatarum. Deinde *honestas* et singulatim *munificentia*, vt legitur Sir. XXXIV, 23. *qui laute dat epula, celebratur*, καὶ μαρτυρία τῆς καλλονῆς αὐτοῦ πιστή, et munificentiae eius semper recordabuntur homines. Denique in loco Sirac. IV, 23. esse videtur *gloriola;* μὴ κωλύσῃς λόγον ἐν καιρῷ σωτηρίας, καὶ (quae addenda sunt e Compl. Vulg. Syr. et Ar.) μὴ κρύψῃς τὴν σοφίαν εἰς καλλονήν, quae vertenda esse puto: ne taceas vbi salutaris quid potes efficere, neque, verae vtilitatis immemor, abscondas cognitionem tuam ad gloriolam quaerendam, i. e. donec gloriam quoque tibi parabis. Fortasse in hebraeo textu fuit בחמדה i. e. donec desiderata fuerit tua sapientia, tuum consilium.

lium. Syrus et Arabs verba εἰς καλλονὴν non verterunt.

Καλὸς, etiam *gratus, desideratus, optatus*. Sir. XLI, 2. ὦ θάνατε, καλόν σου τὸ κρίμα ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἐπιδεομένῳ καὶ ἐλασσουμένῳ ἰσχύϊ κ. τ. λ. quorum verborum opposita leguntur versu 1. ὡς πικρόν σου τὸ μνημόσ. ἐστιν ἀνθρώπῳ. Vnde patet, quomodo Alexandrini Mich. II, 7. hebr. חמיר sic verterint. — Deinde *vtilis*, Sir. XIV, 3. ἀνδρὶ μικρολόγῳ οὐ καλὸς ὁ πλοῦτος, καὶ ἀνθρώπῳ βασκάνῳ ἵνα τί χρήματα; coll. v. 5. vt interdum hebr. טוב, coll. Matth. XVIII, 8. — *honestus, verus*, 2 Macc. XV, 12. καλὸς καὶ ἀγαθός. Sap. X, 8. τὰ καλά, *bona, vera*. Vid. etiam Tob. V, 13. VII, 7.

Καρδία, eodem modo vt ψυχὴ ponitur pro toto homine. Sir. III, 26. ὁ ἀγαπῶν κίνδυνον — et καρδία σκληρά, *homo audax*. Sir. II, 12. καρδίαι, δειλαὶ homines nullius fiduciae, coll. v. 13, 14. — Deinde idem quod σύνεσις, *intelligentia*, Baruch. II, 31. δώσω αὐτοῖς καρδίαν καὶ ὦτα ἀκούοντα. coll. Matth. XIII, 15.

Καρπὸς, tropice de *liberis* dicitur, adjuncta notione praemiorum, Sap. III, 13. μακαρία στεῖρα ἡ ἀμίαντος, ἥτις οὐκ ἔγνω κοίτην ἐν παραπτώματι, ἕξει, καρπὸν ἐν ἐπισκοπῇ ψυχῶν. ibid. eod. vers. 15. vid. Πόνος. — Mel dicitur apium καρπὸς Sir. XI, 3.

Καρπόω, *sacrifico, offero*. Addo 3 Esdr. IV, 52.

Κάρρον, *currus, rheda*, 3 Esdr. V, 78. Haec *Bielius*. Sed delenda sunt e thesauro, vid. Χάρρα.

Κατὰ. Quae ex libris apocryphis hic afferri possunt, haec fere sunt: I) *cum genitiuo* notat

tat 1) *per*, in formula jurandi, Iudith. I, 12. ὤμοσε κατὰ τοῦ θρόνου, coll. Pf. CI, 9. Ief. XLV, 23. Amos IV, 2. — 2) *aduerfus*, Sap. IV, 16. liberi moechorum teftes funt improbitatis κατὰ τῶν γονέων ἐν ἐξετασμῷ αὐτῶν. 3 Macc. III, 11. et ibid. v. 2. vid. Γένος. 3 Macc. II, 27. προέθετο κατὰ τοῦ ἔθνους διαδοῦναι ψόγον. *Lucian.* Sam. T. I. p. 255. ed. *Reiz.* οὐδὲν καθ᾽ ὑμῶν. *Polyb.* IX, 3, 10. coll. 3 Esdr. II, 16. — 3) *propter*, *caufa*, Sap. XII, 12. *quis te in jus vocabit* κατὰ ἐθνῶν ἀπολωλότων (propter Canaanitas a te interitui deuotos), *aut quis contra te exfurget vindex* κατὰ ἀδίκων ἀνθρώπων, *propter*, *vel in gratiam impiorum a te deletorum.* coll. Rom. IX, 13 fqq. — 4) *in*, 2 Macc. III, 17. τὸ κατὰ καρδίας ἐνεστὸς ἄλγος, *dolor cordis.* *Thom. Mag.* Κύει κάλλιον, ἢ κατὰ γαστρὸς ἔχει. Vid. quae difputauit *Fifcherus* in prolusf. de Vitiis Lexx. N. T. p. 560. not. 63. — 5) *de*, de loco; notauit *Bielius*, fed fine exemplis. In vno folum loco hanc fignificationem inueni, 2 Macc. VI, 10. *duas vxores* κατὰ τοῦ τείχους ἐκρήμνισαν, *de muro praecipitarunt.* cf. Matth. VIII, 32. Marc. V, 13. Luc. VIII, 33. *Dio. Caff.* fragm. p. 15. (edit. *Reimar.*) *Manlius* κατὰ τῆς πέτρας αὐτῆς, ἀφ᾽ ἧς τοὺς Γάλατας ἀπεώσατο, ἐῤῥίφη, de eadem rupe, a quo Gallos depulerat, dejectus eft. *Theognis:*

Ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακητέα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν Κύρνε κατ᾽ ἠλιβάτων.

II) *cum accufatiuo:* 1) *fecundum*, 3 Esdr. I, 4. vbi refpondet hebraeo ל, 2 Chron. XXXV, 4. et 3 Esdr. V, 60. κατὰ Δαυὶδ, vbi in hebraeo

Esdr.

Esdr. III, 10. sunt עַל־יְדֵי דָוִיד. — 2) *propter*, 2 Macc. VI, 11. Iudaei nolebant pugnare κατὰ τὴν δόξαν τῆς σεμνότητος ἡμέρας. *Diod. Sic.* p. 23. ed. *Rhod.* ἐπαινούμεναι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν ἱστοριῶν. Vid. *Munthii* obss. e *Diod. S.* ad Matth. XIX, 3. — 3) *in*, 3 Macc. II, 19. κατὰ τὰς τελετὰς μεμυημένοι, mysteriis sacris initiati. 2 Macc. XV, 8. ἔχειν κατὰ νοῦν τὰ πρόγεγονότα 2 Macc. III, 16. *vultu prodit* τὴν κατὰ ψυχὴν ἀγωνίαν, anxietatem animi. coll. 2 Tim. IV, 1. — de *tempore*, 3 Macc. II, 19. de *loco*, 2 Macc. I, 1. οἱ κατ' Αἴγυπτον Ἰουδαῖοι, vid. v. 10. 3 Macc. I, 17. III, 8. *Munthii* obss. e *Diod. S.* ad Luc. X, 4. XV, 14. — 4) *post* de tempore; Prolog. Sir. τῶν ἄλλων τῶν κατ' αὐτοὺς ἠκολουθηκότων, illorum qui post prophetas scripserunt. — Κατὰ πάντα *quouis modo*, *quouis respectu*, i. e. *valde*, *eximie*; Sap. XIX, 22. κατὰ πάντα ἐμεγάλυνας τὸν λαόν σου. *Hesych.* κατὰ πάντα· ὑπὲρ πάντα. *Demosth.* 26, 3. ed. *Reisk.* — Denique κατὰ omittitur interdum, vt 3 Macc. VI, 9. τὸ τάχος (pro κατὰ τὸ τάχος) ἐπιφάνηθι. Sap. III, 5. ὀλίγα παιδευθέντες μεγάλα εὐεργετηθήσονται. coll. 2 Tim. III, 8.

Καταβαίνω, *descendo*, in 3 libro Esdr. I, 29. positum est pro hebraeo ירד, 2 Chron. XXXV, 23. vbi vero nostrum pro ירו legisse ירדו, patet, quae lectio commoda neque improbanda videtur. — Idem verbum Obad. v. 16. legitur, vbi in textu hebraeo est לוע *absorbere*, *deglutire*; Alexandrini vero hoc verbum ad ᾅδην retulisse videntur, ita vt hoc substantiuum sit subaudiendum.

Καταβάλλειν ἑαυτὸν ἐν ὄχλῳ, Sirac. VII, 7. *sese abjicere ad plebem, vulgari*; vt nostr m sich wegwerfen. Vid. quae S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 2. s. h. v. monuit, et quae *Stephanus* in thes. collegit exempla e profanis.

* **Καταβλάπτω**, *noceo, laedo, detrimento afficio.* Legitur 3 Macc. VII, 8. *μηθενὸς αὐτοὺς καταβλάπτοντος*. *Dionys. Halic.* p. 524. ed. *Reisk.* *καταβλάπτειν τὴν γῆν*, agrum populare.

Κατάβρωμα, proprie quidem *esca*, deinde vero *praeda*. Iudith. X, 12. *μέλλουσι δίδοσθαι ὑμῖν εἰς κατάβρωμα*, Iudaei vobis praedae erunt. Eodem modo ibid, c. VI, 3. *κατάβρωσις* legitur.

Καταγινώσκω, *condemno*. Addo Sir. XIV, 2. *μακάριος τίνης οὗ οὐ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*.

Καταδαπανάω, *consumo*, legitur quoque Bel et Dr. v. 21. in ed. Compl. Alii codd. *δαπανάω*.

Καταδεσμεύειν ἁμαρτίαν, Sirac. VII, 8. S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 2. interpretatur *peccata committere, peccare.* At audiendus est, quoque *Lindius*, qui ad illum locum animadvertit, *καταδεσμ.* esse *obligare*, et saepius dici de vulneribus; *obligare peccata* vero est *indulgere* peccatis, *malum animum demulcere*, quod deinde, quod ad sensum attinet, est: *saepius peccare.*

Καταισχύνομαι, primum *erubesco* et deinde, *spe excido, fallor*, quoniam pudore suffunduntur qui incoeptis excidunt. Sir. II, 10. *quis fidem vnquam habuit Deo καὶ κατῃσχύνθη*, et spe sua excidit? — Tob. X, 2. *μήποτε κατῄσχυνται*; num fortasse spe, consilio exciderunt? scil. nanciscendae pecuniae, quam exigere volebant. Cant. tr. puer. v. 20. *καὶ*

κα-

καταισχυνθεῖσαν ἀπὸ πάσης τῆς δυναστείας, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν συντριβείη. — De virginibus est *ſtuprari*, Sir. XXII, 4. θυγάτηρ καταισχύνουσα εἰς λύπην γεννήσαντος, non *filia pudenda*, vt *Bielius* vertit, ſed *ſtuprata*. Sic quoque αἰσχύνη, Iudith. IX, 2. et alibi de ſtupratione dicitur. *Demoſth.* 1125. 1. ed. *Reisk.* μὴ καταισχύνῃ ταύτην ἧς ἐπώνυμός ἐστι.

Κατακολουθέω, 3 Esdr. VII, 1. κατακολουθέντες reſpondet chaldaeo לקבל, *ſecundum, ratione*, Esdr. VI, 13.

Κατακρίνω, non ſolum *condemno*, ſed etiam, quod condemnationem antecedit, criminis accuſo, *ſceleris conuinco*. Sic legitur Sap. IV, 16. Κατακρινεῖ δὲ δίκαιος καμὼν τοὺς ζῶντας ἀσεβεῖς, ſceleris, prauitatis conuincit probus afflictus improbos hac jam in vita; i. e. poena dignos illos declarat. Vid. Hebr. XI, 7. Matth. XII, 41. *Ioſephus* antiqq. l. III. cap. XV. p. 190. ed. *Hauerc.* ψευδολογίαν κατακρίνειν τοῦ θεοῦ, Deum mendacii accuſare.

Κατακτάομαι, *acquiro*, legitur etiam 2 Macc. VI, 25.

Καταλείπειν, reſpondere hebr. נבע, *patuit, manifeſtus fuit*, Obad. v. 5., neglexit *Bielius* notare. Ceterum ſaepius ſignificat *deſerere, rejicere, negligere*, vt Baruch. IV, 1. καταλείποντες τὴν σοφίαν ſ. τὸν νόμον, quibus opponuntur κρατοῦντες αὐτὴν (ſ. αὐτῆς, vt legunt Alex. et Ald.).

Καταλήγω, *finio*. Addo 3 Macc. VI, 32. *Heſych.* καταλήγει· παύεται. Καταλήξομεν· καταπαύσομεν.

Καταλοχισμός, *diſtributio in certas claſſes*, quod in theſauro *Bielii* deeſſe, jam obſeruauit S. V. *Schleusnerus*, hocque vocabulum docte il-

illustrauit in Spicilegio 2. Legitur 3 Esdr. V, 39. et respondet hebr. מתיחשים, *recensentes familiam*, Esdr. II, 62. Est, vt docuit *Schleusn.* l. l. verbum militare. cf. quoque *Ioseph.* antiq. lib. XI. cap. III. p. 554. edit. *Hauerc.* qui pro ἐν καταλοχισμῷ habet: ἐν ταῖς γενεαλογίαις τῶν λευιτῶν καὶ ἱερέων. Ceterum ad voc. καταλοχισμ. confer. ibid. lib. XII. c. I. p. 585: πολλοὺς εἰς τὰ Φρούρια καταλοχίσας.

Καταμανθάνειν, 3 Esdr. VIII, 41. S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 1. recte vertit *recensere, recognoscere;* nam in textu hebraeo Esdr. VIII, 15. legitur הבין, quod est interdum *recensere, lustrare.*

* Καταμεστόομαι, *repleor, impleor.* Legitur 3 Macc. V, 46. τῆς πόλεως ἤδη πλήθεσιν καταμεμεστωμένης. Deest hoc verbum in thesauro *Stephani.*

* Κατανωτίζομαι, ex κατὰ et νωτίζω, *tergum verto,* inde *fugio.* Πρὸς Φυγὴν ἐνώτισαν. *Eurip.* Andr. 1158. Κατανωτίζομαι vero est *tergo portare, humeris ferre,* quo sensu legitur apud *Lucian. S.* Lexiphan. T. II. p. 328. ed. *Reiz.* ἀλλήλους κατανωτισάμενοι. Deinde vero euanescente, vt saepius, vi praepositionis, est idem quod simplex νωτίζομαι, *tergum verto,* et cum hoc quoque sit indignantis, recusantis, vel contemnentis, est *recuso, negligo,* quo sensu legitur Iudith, V, 4. καὶ διὰ τί κατενωτίσαντο τοῦ μὴ ἐλθεῖν εἰς ἀπαντησίν μοι, quare tandem recusarunt Iudaei mihi obuiam venire, scl. ad subjiciendum sese potestati meae. (Loquitur enim Holofernes.) Vulgatus

tus Interpres vertit: *contemſerunt nos.* Syrus: ܘܠܡܢܐ ܠܐ ܨܒܘ ܠܐܘܪܥܝ, *et quare noluerunt (recuſarunt) obuiam mihi venire.* Similiter παντὸς δικαίου καταγωτιστής dici illum, qui omne juſtum contemnit et ſpernit, ap. *Dicaearch* Hudſ. p. 15., notauit Exc. *Schneiderus* in Lexic. graec. T. II. addit. — Ceterum Aldina et Compl. in loco Iud. l. legunt κατεγνώσαντο, ſed minus recte.

* Καταξηραίνω, *exſicco.* Legitur Iudith. V, 13. καὶ κατεξήρανεν ὁ θεὸς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν.

Καταξιόω, *dignum judico aliquid honore,* deinde *deſero alicui honorem,* 3 Macc. III, 21. vid. πολιτεία. *Demoſth.* 1383, 11. καταξιοῦτε ταύτην ὁμοίως αὐταῖς μετέχειν τῆς πόλεως. coll. 2 Theſſ. I, 5.

Καταπαύειν ἐπί τι dicitur aliquid, quod magnam vim exerit, valde eſt efficax in aliud; quae enim alicui diu incumbunt, diu quoque in illud operantur. Sic Sir. V, 6. ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καταπαύσει ὁ θυμὸς αὐτοῦ, i. e. grauiſſime puniet Deus peccatores, hi eius poenas diu et grauiter ſentient. Similiter Ieſ. XI, 2. ſpiritus dei dicitur טח על־עבר יהוה, i. e. inſigni modo efficax eſſe per Dei miniſtrum.

Καταπονέομαι, *affligor, vexor.* Addo 3 Macc. II, 2, 13. *Heſych.* καταπονουμένοις· πειραζουμένοις. quae Gloſſa fortaſſe huc pertinet.

* Κατάπονος, *moleſtus, laborioſus, ignominioſus.* Legitur 3 Macc. IV, 14. Vid. Προδηλόω. — *Plutarch.* Timol. 36.

Καταπορεύομαι, *iter facio.* Addo 3 Macc. IV, 11.

Καταρᾴομαι, passiue *interitui deuoueor.* Sap. XII, 11. Σπέρμα γὰρ ἦν κατηραμένον ἀπ' ἀρχῆς, illa enim gens interitui deuota, destinata erat ab initio. cf. Apocal. XIII, 13. vbi Christus dicitur ἀρνίον ἐσφαγμένον ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, morti ab aeterno destinatus. Vid. etiam Θνήσκω.

Κατασείω, proprie *commoueo*, deinde *quasso agito*, et singulatim dicitur de *cribri agitatione*, et est *cribrare*, *cribrando spargere*. Hoc sensu legitur Bel et Drac. v. 14. „adferre jussit Daniel cineres, καὶ κατέσεισεν ὅλον τὸν ναὸν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως μόνου. Vulgat: *cribrauit per totum templum;* Syrus: ܒܪܒܠܗ ܒܪܒܠܐ, *cribro cribrauit eum;* Arabs vero vtitur verbo فرش, *strauit*, legitque igitur fortasse κατέστρωσαν, vt est in Aldina et Compl. sed, quod patet, ex interpretamento verbi difficilioris.

Κατασπεύδω, *festino*, deinde *exeo, progredior celeriter*, Sirac. XXXV, 10. πρὸ βροντῆς κατασπεύδει ἀστραπή· vbi in altero membro est προελεύσεται. Inde intelligitur, quomodo Alexandrini ita verterint hebr. יצא, Exod. V, 10. — κατασπεύδειν ἐπί τι, *studio et feruore ferri ad aliquid.* Sir. XVIII, 14. τοὺς ἐκδεχομένους παιδείαν ἐλεεῖ, καὶ τοὺς κατασπεύδοντας ἐπὶ κρίματα αὐτοῦ. Sic saepissime verbum simplex vsurpatur. — Denique κατασπ. τινὰ ad *celeritatem adhortari aliquem, vrgere.* Addo 1 Macc. XIII, 21. κατασπεύδοντες αὐτὸν τοῦ ἐλθεῖν.

* **Καταστέφω**, *corono, corona cingo.* Legitur 3 Macc. VII, 16. εὐωδεστάτοις ἄνθεσι κατα-

πασπεμμένοι, dulce fragrantibus floribus coronati.

Κατάσχεσις. Εἶναι ἐν κατασχέσει scl. τῆς γῆς, Sir. IV, 16. *possidere terram*, i. e. *felix esse*, i. q. κληρονομ. τὴν γῆν, Matth. V, 5. vbi vid. Interpretes; coll. Ps. XXXVII, 11. et Ps. CIX, 165.

Κατατίλλω, *euello*, in loco 3 Esdr. VIII, 71. respondet hebr. מרט, *euulsit*, Esdr. IX, 3.

Κατατολμάω, *audeo*. Addo 2. Macc. V, 15.

Κατατρίβω, proprie *contero*; deinde, quoniam quae pedibus terimus, ea spernere solemus, est: *sperno*, *nihili facio*. Sir. XXVI, 23. γυνὴ ἀσχήμων ἀτιμίαν κατατρίψει.

Καταφιλεῖν plus esse, quam simplex φιλεῖν, vt obseruauit *Raphelius* e Xenophonte ad Marc. XIV, 45., docet etiam Sir. XXIX, 5. ἕως οὗ λάβῃ καταφιλήσει χεῖρα αὐτοῦ. — Est vero etiam simpliciter *amplecti*, *osculari*, vt 3 Esdr. IV, 17. ἀναστὰς Δαρεῖος κατεφίλησεν αὐτόν. Vid. *Fischeri* prolusf. de Vitt. Lexx. N. T. p. 134. sqq. *Polyb.* XV, 1. 7. καταφιλεῖν τοὺς πόδας τινός.

Καταχράομαι, primum *abutor*, deinde *ita aliqua re vtor; vt illa plane pereat*. Vid. *Dorville* ad Chariton. Aphrod. p. 559. ed. *Reisk.* Inde est idem quod. φονεύειν, *occidere*, *interficere*; quo sensu accipiendum videtur 3 Macc. IV, 5. ἤγετο γεραιῶν πλῆθος, τὴν ἐκ τοῦ γήρως νωθρότητα ποδῶν ἐπικύφων, ἀπάσης αἰδοῦς ἄνευ πρὸς ὀξεῖαν καταχρωμένων (i. e. φονευόντων) πορείαν, senes agebantur, scl. ad supplicium, pedibus ob senectutem incuruis, sine vllo pudore, vt celeritatem gressuum illorum aequarent, qui eos ad caedem ducerent. — *Thom. Mag.* Ἡρόδοτος καὶ καταχρῶμαι ἀντὶ

τοῦ

τοῦ φονεύω λέγει. *Dio Caff.* p. 239. ed. *Reim.* ἑαυτοὺς καταχρησάμενοι, ipſi ſibi manum inferentes. Vid. quoque *Polyb.* lib. I. c. 85. ſect. 1. et eodem modo διαχρᾶσθαι legitur apud *Herodot.* l. I. c. 23. et διαχρ. ἑαυτὸν apud *Xenoph.* memor. l. IV. c. II. 17.

Κατέρχομαι, *deſcendo*, Tob. II, 2.; deinde *redeo, redeo vt exul*, 2 Macc. XI, 29. κατελθόντες πρὸς τοῖς ἰδίοις, *redire in patriam;* nam non eſt h. l. *deſcendere*, vt *Bielius* vertit; *Demoſth.* 636, 24. ed. *Reisk.* ὅθεν τις μὴ ἐξέπεσε τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἔνι δήπου κατελθεῖν εἰς ταύτην. Vid. quoque *Polyb.* IV, 17, 10. et IV, 18, 2. vbi quoque de reditu in patriam dicitur.

* Κατηγόρημα, *accuſatio*, id *de quo quis accuſatur, crimen.* Exſtat 2 Macc. IV, 47. Μενέλαον ἀπέλυσε κατηγορημάτων, Menelaum criminibus abſoluit. *Demoſth.* 369, 9. ed. *Reisk.*

Κατισχύω, *inualeſco, ſupero;* ſed interdum etiam *valeo* ſimpliciter. Sap. XVII, 5. πυρὸς οὐδεμία βία κατίσχυε φωτίζειν. Saepiſſime enim praepoſitio κατὰ abundat. Vid. *Schleusn.* Spic. 2. ſ. Καταχράομαι, et Κατάξιον.

Κατοικέω, ex hebraismo hiphilice dicitur vt ſit: *habitare facio, ſedes aſſigno, colloco.* 1 Macc. III, 36. praecepit rex vt Lyſias Hieroſolymas funditus euerteret, καὶ κατοικῆσαι υἱοὺς ἀλλογενεῖς ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν. Eodem modo κατοικῆσαι intelligendum eſt Epheſ. III, 16. δώῃ ὑμῖν δυνάμει κραταιωθῆναι εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, (ſuppl. καὶ) κατοικῆσαι τὸν χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν τ. καρδίαις ὑμῶν, i. e. Chriſto, eius religioni, amori eius locum concedere in animis.

Κατοικίαι, *habitationes*, 3 Esdr. IX, 12. 37. hebr. שׁוּב, Esdr. X, 14. Nehem. VII, 73.

* **Κατοπτεύω**, *ſpeculor, inquiro, inueſtigo.* Legitur in Fragmentis Eſth. VIII, 13. ὁ τὰ πάντα κατοπτεύων ἀεὶ θεός. Alibi (v. c. 2 Macc. XV, 21.) dicitur κατόπτης, ἐπόπτης.

* **Κατόρθωμα**, vulgo *res feliciter geſta*, idem quod ἀνδραγάθημα, et potiſſimum dicitur de rebus bello praeclare geſtis. Vid. *Wetſtenii* N. T. Tom. II. p. 618. *Munthius* in obſſ. e *Diod. Sic.* ad Actor. XXIV, 3. et quae S. V. *Schleusnerus* collegit in Lexic. in N. T. Improbat vero hunc vocabuli vſum *Phrynich.* ecl. p. 106. contenditque ἀνδραγάθημα dicendum eſſe. At κατόρθωμα, vt κατορθέω ſignificat proxime *id quod erectum, ſtabilitum eſt, firmum,* et deinde *ſtatutum* ſiue *praeceptum, ordinem,* quo ſenſu legitur 3 Macc. III, 23. καταστρέψαι τὰ κατορθώματα, immutare quae hactenus conſtituta, mandata erant. Cod. Alex. perperam habet πράγματα. *Cicero* de officiis lib. I. c. 3. „perfectum officium, rectum, opinor, vocemus, quod Graeci κατόρθωμα, hoc autem commune καθῆκον vocant.“ et de Finib. l. III. c. 7. „quae autem nos aut recta, aut recte facta dicamus, ſi placet, illi autem (ſcl. Graeci) κατορθώματα appellant, omnes numeros virtutis continent.“

Καῦμα, *aeſtus*, deinde, vt ſimilia caloris et ignis vocabula, transfertur ad deſignandam *calamitatem atrociorem.* Sir. XIV, 27. σκεπασθήσεται ὑπ' αὐτῆς ἀπὸ καύματος, ſapientiae cultor ab ipſa defenditur contra atrocem quamcunque calamitatem. Sic hebr. קַיִץ legitur Prou. X, 6. et Alexandrini hebr. יְלֵל *ejulatus*,

tus, Deut. XXXII, 10. vbi καῦμα vertunt, summam miseriam vniuerse exprimere voluerunt.

Κεῖσθαι, quemcunque statum, vel conditionem, in qua versatur aliquis, denotat; inde κεῖσθαι ἐν ἑτοίμῳ *paratus, praesto esse*, 3 Macc. V, 26. coll. 1 Ioh. V, 19. — κεῖσθαι ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ. Vid. Πνοή.

Κενὸς, *vacuus manibus*, i. e sine donis et muneribus. Sic legitur Sir. XXXII, 4. μὴ ὀφθῇς ἐν προσώπῳ κυρίου κενός, sine oblationibus. cf. etiam Iudith. I, 11. coll. Luc. I, 53. *Dionys. Halic.* VII. c. VI. T. III, p. 1325. ed. *Reisk.* ἡ ἐπὶ τὰ οἰκεῖα οὐ σὺν κεναῖς χερσὶν ἄφιξις. — Deinde significat *vacuum a poena, impunem*, hebr. נקי, i. q. ἀθῷος. Sap. I, 11. φθέγμα λαθραῖον κενὸν οὐ πορεύσεται, pro quibus postea dicit ἀναιρεῖ ψυχήν. coll. 1 Cor. XV, 58.

Κεφαλή. In formula, quae legitur Sir. XXV, 15. οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, est agnoscenda interpretis graeci quaedam incuria, quum hebraeum ראשׁ, quod haud dubie hic legebat, quodque in prima notione significat *venenum*, male verterit. Vid. Deutr. XXXII, 33. vbi Alexandrini recte per θυμὸς reddiderunt. Miror *Lindii* religionem, qui, ne interpres graecus erroris conuinceretur, verterit: Kein Kopf ist gefährlicher als der Schlangenkopf.

Κηρύσσω, *proclamo, iubeo per publicum mandatum.* Ion. III, 5. ἐκήρυξαν νηστείαν, יקראו־צום.

Κίβδηλον, *adulterinum, spurium, abominandum, quod non est tale quale esse putatur.* De idolis dicitur, Sap. XV, 9. κίβδηλα πλάσσειν,

σιν, idola sculpere, quae propterea ita appellantur, quod diuinam vim mentiuntur, quibusque hoc sensu ibidem versu opponitur θεὸς ἀληθινός, qui vere est Deus.

Κι-έω, moueo e loco; de gente Iudaea dicitur, Baruch. II, 35. et est e *terra ejicere*, in *exilium mittere*, *expellere*; οὐ κινήσω τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς γῆς.

Κλάδος. Saepius κλάδοι tropice dicuntur *liberi*, *posteri*, *stirpis propagines*, vt Sap. IV, 4. vbi πολύγονον ἀσεβῶν πλῆθος comparatur cum arbore non altis radicibus nixa, cuiusque κλάδοι ad tempus modo efflorescant. Deinde etiam κλάδοι, quia sub illis requiescimus tuti a tempestatis injuria, idem est quod σκεπὴ, *protectio*, *tutela*, vt Sir. XIV, 26. θήσει τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν τῇ σκέπῃ αὐτῆς, καὶ ὑπὸ τοὺς κλάδους αὐτῆς αὐλισθήσεται.

Κληρονομία τοῦ θεοῦ appellantur *Israëlitae*, qui Deo sunt *dicati*, ab eo sibi electi. Iudith. XII, 5. καὶ νῦν καιρὸς ἀντιλάβεσθαι τῆς κληρονομίας σου, i. e. Iudaeorum ab hostibus grauiter pressorum. Deinde vero ita dicitur terra ipsa, quam illa gens ex Dei voluntate possedit, 2 Macc. II, 4. „Moses ante mortem in monte versatus, ἐθεάσατο τὴν τοῦ θεοῦ κληρονομίαν, terram canaaneam, Israëlitis tribuendam, conspexit. coll. v. 17.

Κλῆρος, vt Latinorum *sors* transfertur ad *fata* vel secunda vel aduersa, ad *res ipsas*, quae fato contingunt. Sic Sap. II, 9. αὕτη ἡ μερὶς ἡμῶν καὶ ὁ κλῆρος οὗτος, vnicum bonum quod ad nos vere pertinet, est vita voluptuosa, siue in hoc nati sumus vt voluptate huius vitae fruamur. Sir. XXV, 19. κλῆρος ἁμαρτωλοῦ ἐμπέσῃ αὐτῇ, fata, poenae peccatoris eam cor-

ripiant. — Denique significat *locum* et *conditionem* in qua versamur, quaeque fato nobis obtigit; Sap. V, 5. πῶς κατελογίσθη ἐν υἱοῖς Θεοῦ, καὶ ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἐστι. et ibid. c. III, 14. dabitur castae vxori τῆς πίστεως χάρις ἐκλεκτὴ καὶ κλῆρος ἐν ναῷ κυρίου, *pietatis praemium praestans, et locus eximius in templo Dei;* quibus describit auctor alterius vitae praemia. Inde *Suidas* Κλῆρος· τόπος, κτῆμα. coll. Act. XXVI, 18. Coloss. I, 12.

Κλῆσις, *inuitatio ad coenam.* 3 Macc. V, 14. ὁ πρὸς ταῖς κλήσεσι τεταγμένος i. e. „cuius est conuiuas inuitare, qui vna voce κλητὼρ, *invitator* dicitur, cuius officium erat conuiuas vocare, deinde eosdem, vbi aduentassent, excipere.“ Vid. *Grotius* ad h. l. Syrus vertit ܪܒܝܬܗ, *magister domus.* Vid. *Castelli* Lex. heptaglott. p. 3493.

Κλίμαξ, *scala.* 1 Macc. XI, 59. καὶ Σίμωνα κατέστησε στρατηγὸν ἀπὸ τῆς κλίμακος Τύρου ἕως τῶν ὁρίων Αἰγύπτου. Perperam cod. Alex. hic legit κλίματος pro κλίμακος; nam κλίμαξ Τύρου vel Τυρίων est mons prope maris mediterranei oram medius inter vrbes Ptolemais et Tyrus situs, altus et praeruptus, vt discimus e *Iosephi* de bell. jud. lib. II. cap. X. p. 169. ed. *Hauerc.* vbi Ptolemaidis situm ita describit, vt illam ad plagam orientalem circumdari monte Galilaeae, a meridionali Carmelo, a septentrionali vero τῷ ὑψηλοτάτῳ (scl. ὄρει), ὃ καλοῦσι Κλίμακα Τυρίων οἱ ἐπιχώριοι, καὶ τοῦτο δὲ σταδίους ἀφέστηκεν ἑκατόν, dicat. Vid. quoque *Bachiene* Beschreibung von Palaestina Tom. I. Vol. I. p. 263 sq. — Ceterum

in

in scripturis nuspiam amplius commemoratur hic mons hoc nomine.

* Κλισία, proprie *accubitus*, deinde *locus* vbi κλίνεται, *sella*, *tentorium*. Legitur 3 Macc. VI, 31. τόπον κλισίας κατεμέρισαν, locum tabernaculorum diuisere, i. e. tentoria, tabernacula ibi fixerunt. *Hesych.* Κλισία· κλίνη, σκηνή. *Plutarch.* de discr. am. et ad. c. XXII. *Ioseph.* antiq. jud. l. XII. c. II. p. 594. ed. *Hauerc.* κλισίαν ποιεῖν dicit de struenda mensa, vel potius de puluinariis mensae adponendis. coll. Luc. IX, 14. — *Syrus* Maccab. l. l. vertit ܡܣܬܡܟܐ, *accubitus*.

Κοιλία. Notanda formula 2 Macc. X, 4. „orarunt Deum πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν, *prostrati*, *supplices*; alibi πεσ. ἐπὶ τὸ πρόσωπον. Inde illustrari possunt verba Seruatoris Ioh. VII, 38. ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, flumina saluberrimae aquae (i. e. doctrinae) ex ore eius emanabunt, scl. vbi Spiritus sanctus tributus fuerit; vid. vers. sq.

Κοιμάομαι, *pernoctor*; addo 2 Macc. XVI, 4. vbi de exercitu dicitur. Deinde ad *concubitum* pudice describendum adhibetur in Ep. Ierem. v. 43. „si vero quaedam mulier seprsim ducta a quodam praetereuntium κοιμηθῇ, *stupretur*. Cod. Alex. addit male μετ' αὐτοῦ, quanquam Vett. Interpp. ea quoque legerunt. Sic κοίτη est saepius concubitus, vt κοίμημα in *Sophoclis* Antig.

Κοινός, primum *omnibus communis*, Sap. VII, 3. κοινὸς ἀήρ. Deinde *publicus*, 2 Macc. XII, 4. κατὰ κοινὸν τῆς πόλεως ψήφισμα, ex publico vrbis edicto. *Polyb.* XXV, 8, 4. κοινὸν δόγμα, publicum decretum; id. XXII, 16,

11. κοιναὶ ἀρχαί, magistratus publici. *Demosth.* 15, 21. ed. *Reisk.* τὰ κοινὰ δικαια. Denique *consentiens, vnanimis*, 3 Macc. VII, 17. κοινὴ αὐτῶν βουλή.

Κοίτη. Πίπτειν ἐπὶ κοίτην, in grauem incidere morbum. *Schleusner.* Spic. 2. Addo 1 Macc. I, 5.

Κόλλησις, *coglutinatio*, legitur quoque Sirac. XXV, 14. ibique exprimit τὸ firmiter adhaerere, indesinenter sequi; dicitur enim πίστις ἀρχὴ κολλήσεως pietatis, initium constantissimae pietatis. Leguntur haec verba in Compl. et translata sunt a Vett. Interprett. Vulg. Syr. et Ar.

Κόλπος. Alexandrini sic verterunt hebr. חך *palatum, os*, Hos. VIII, 1. sed legerunt fortasse חיק.

Κομίζω, *affero*, 3 Esdr. IX, 39, 40. hebr. הביא, Nehem. VIII, 1. 2.

Κόρη, *pupilla*, 3 Macc. V, 47. Deinde κόραι idem quod ὀφθαλμοὶ in loco Sir. III, 25. vbi in Complut. leguntur κόρας μὴ ἔχων ἀποςήσεις φωτός. Inde Glossa *Hesychii* Κόρας· ὀφθαλμούς.

Κόσμος, vt iam docuit *S. V. Schleusnerus* in Spicil. 2. ad Sap. XVI, 17. significat interdum *rerum vniuersitatem* sensu stricto, *vniuersum*, *das Weltall*; cuius significationis exemplum legitur Sap. VII, 17. αὐτὸς (Θεὸς) γάρ ἔδωκέ μοι τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, εἰδέναι σύστασιν κόσμου καὶ ἐνέργειαν στοιχείων. *Etym.* M. Κόσμος σημαίνει τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημα καὶ σύγκριμα. Deinde vero ad huius mundi incolas primarios transfertur, notatque *omnes, homines simul.* Sap. XIV, 6. et cap. X, 1. vbi Adam ap-

appellatur πατὴρ κόσμου. coll. Ioh. III, 16, 17.

Κουφίζω, *leuo, eleuo;* deinde *aufero,* vt in formula κουφίζειν τὰς ἁμαρτίας, quae legitur 3 Esdr. VIII, 86. et respondet hebr. חשך למטה, *traxit deorsum,* Esdr. IX, 13.

Κοῦφος, primum *leuis pondere,* Sap. V, 11. deinde *facilis, impedimento carens;* Sir. XI, 21. κοῦφον ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου — πλουτίσαι πένητα. coll. v. 26. *Hesychii* Κοῦφον κόπον (lege ἄκοπον), μετέωρον.

Κραταιὸς, *princeps,* Sap. VI, 8. τοῖς κραταιοῖς ἰσχυρὰ ἐφίσταται ἔρευνα. Iidem v. 9. appellabantur τύραννοι et v. 1. βασιλεῖς. Alexandrini Ps. LIII, 3. hebr. עריץ. — Κραταιὰ χείρ, 3 Esdr. VIII, 47. respondet hebr. טוב, Esdr. VIII, 18.

Κρεμάζω, *suspendo.* Addo Iudith. XVI, 7. 11.

Κρεμάομαι, *pendeo,* 1 Macc. I, 61. — *suspendere,* 3 Esdr. VI, 32. vbi in textu chaldaeo Esdr. VI, 11. sunt יתמחא זקיף, *suspensus deleatur.* — Denique ita dicitur, vt Latinorum *pendere* respondeat in formula: *pendet animus.* Sic legitur Iudith. VIII, 24. ὅτι ἐξ ἡμῶν κρέμαται ἡ ψυχὴ αὐτῶν, a nobis, a nostro animo illorum pendet animus. Vid. Matth. XXII, 40. *Philo* T. II. p. 420. ed. *Mang.* ὧν αἱ τοῦ ἔθνους ἐλπίδες ἐκρέμαντο. coll. Ies. XXII, 24.

Κρίμα, *judicium; sententia lata,* 3 Esdr. IX, 4. vbi respondet hebr. עצה, Esdr. X, 8.

Κρίνειν. Accuratius e libris apocr. huius verbi notiones sunt eruendae, quam *Bielius* fecit. Primum igitur, quoniam regis inprimis est et leges ferre, et sententiam vltimam in li-

litibus dicere, et quia summus judex est rex, significat *gubernare, regnare;* Sap. VI, 4. οὐκ ἐκρίνατε ὀρθῶς, non juste praefuistis imperio; ibid. c. XII, 18. σὺ δὲ δεσπόζων ἰσχύος ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις, καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς. Inde κρίνοντες τὴν γῆν, Sap. I, 1. sunt *reges, principes,* i. q. δικασταί, βασιλεῖς cap. VI, 1. hebr. שֹׁפְטֵי־אֶרֶץ. Vid. Ps. II, 10. vbi מלכים et שפטים, et Ies. XL, 23. רוזנים sunt iidem. — Deinde quoniam in quouis judicio cernitur decretum et voluntas, est *decernere, velle.* Vid. *Schleusner.* Spicil. 2. Addo Sap. VIII, 9. ἔκρινα αὐτὴν ἀγαγέσθαι πρὸς συμβίωσιν. Iudith. XI, 13. „fruges sacerdotibus exhibendas κεκρίκασιν ἐξαναλῶσαι, decreuerunt ipsi consumere. — *Porro,* quoniam in quouis judicio locum habet delectus, est *eligere, secernere, separare ab aliis;* quae verbi notio in *Bielio* prorsus desideratur. Sic 2 Macc. XIII, 15. „Iudas, aggressus est hostem noctu μετὰ νεανίσκων ἀρίστων κεκριμένων· juuenibus fortissimis electis, vt bene vertit Vulgatus. *Hesych.* Κρίνειν· χωρίζειν. et Κρίνοντες· διαχωρίζοντες. *Thom. Mag.* Κρίνω· καὶ τὸ δικάζω καὶ τὸ χωρίζω. *Polyb.* VI, 27. 1. κριθεὶς τόπος πρὸς στρατοπεδείαν — Deinde significat *punire,* vt Sap. XI, 9. ἐν ὀργῇ κρινόμενοι, seuere puniti. — Denique significat *statuere, arbitrari, existimare* simpliciter. Sap. II, 22. κρίνειν γέρας ψυχῶν ἀμώμων, putare, innocentes praemiis affectum iri. Ad hanc verbi significationem pertinent etiam formulae κρίνεται, *videtur, placet* (Vid. *Schleusner.* Spicil. 1.), 3 Esdr. VI, 22. ἐὰν κρίνηται τῷ κυρίῳ, in textu chald. Esdr. V, 17. est רעות, voluntas; et ibid. eodem versu εἰ κρίνεται,

νεται, vbi chald. חן טוב על־מלכא, eodem Esdrae cap. et verſu reſpondet. 3 Esdr. IX, 94. ὡς ἐκρίθη σοι, vt tibi placet, vt tu vis; in hebr. Esdr. X, 3. בעצת ארני, vbi graecus interpres ארני, pro appellatione Esdrae habuit. 2 Macc. XV, 21. καθὼς ἂν θεῷ κριθείη.

De formula κρίνειν τὰ πράγματα, 2 Macc. XV, 17. vid. Κρίσις. Quod vero attinet formulam κρίνειν τὰ ἔθνη, Sir. IV, 15. illius vis eſſe videtur *gentibus imperare;* pertinent enim haec verba ad ſpem Iudaeorum de accipiendo a Meſſia imperio in gentiles: vid. Sap. III, 8. vbi leguntur: κρινοῦσι ἔθνη καὶ κρατήσουσι λαῶν. et ibid. c. V, 1-16. Quae autem in loco Sirac. ſequuntur κατασκηνώσ. πεποιθῶς quoque pertinent ad idem regnum. Vid. Prou. I, 33. II, 21. Pſ. XXXVII, 9, 11, 29.

Κρίσις, *voluntas, beneplacitum.* Vid. *Schleusner.* Spic. 2. Addo Sir. XXXVIII, 16. κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ (defuncti) περίστειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ. — *poteſtas, imperium, auctoritas,* Sir. III, 2. Vid. δοξάζειν. Sic etiam κρίνω et κριτὴς eſt *regnare* et *dominus.* — Denique in libris Maccabaeorum ita legitur vt ſignificet *euentum rei, exitum, ſinem,* et inprimis *decretorium belli proelium,* vt ſaepius apud profanos. 2 Macc. XV, 20. πάντων ἤδη προσδοκώντων τὴν ἐσομένην κρίσιν, omnibus anxie expectantibus futurae pugnae exitum. Ex quo loco hauſta eſt fortaſſe Gloſſa *Heſychii* Κρίσιν· ἀκολουθίαν. *Dionyſ. Halic.* l. IX. c. 35. p. 1838. ed. *Reisk.* ταλαντευομένη τῇδε καὶ τῇδε ἡ κρίσις τοῦ πολέμου. — Sic quoque κρίνειν τὰ πράγματα, 2 Macc. XV, 17. eſt: *de re proelio decernere;* vid. ibid. c. XIII, 13.

 et

et cap. XIV, 18. formulam: τὴν κρίσιν ποιεῖν δι' αἱμάτων, sanguine profuso, proelio, rem decernere. *Polyb.* III, 70, 1. κρίνειν τὰ ὅλα, et κρίν. περὶ τῶν ὅλων, de rerum summa proelio decernere. *Ioseph.* antiq. l. VII. c. 5. p. 375. ed. *Hauerc.* πολλαῖς μάχαις κριθείς.

Κριτὴς, *arbiter*, Sap. XV, 7. — *princeps, praefectus, rex* (Vid. Κρίνειν et κρίσις.) Sir. X, 1. κριτὴς σοφὸς παιδεύσει τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἡγεμονία συνετοῦ etc. ibid. v. 2. et v. 24. μεγιστὰν καὶ κριτὴς καὶ δυνάστης. 3 Esdr. II, 17. κριταὶ ἐν κοίλῃ Συρίᾳ. Ep. Ierem. v. 14. idolum manu tenet sceptrum ὡς ἄνθρωπος κριτὴς χώρας, quasi princeps regionis.

* Κριτὸς, *selectus, nobilis, praestans.* Ab hac voce neque a κριτὴς mallem deriuare κριτοῦ, quod Sir. VIII, 14. legitur ob nexum loci. μὴ δικάζου μετὰ κριτοῦ κατὰ γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ κρινοῦσιν αὐτῷ, noli litigare cum nobile, nam secundum auctoritatem eius in ciuitate judicabunt judices. *Hesych.* κριτὸς· ἄριστος ἐπιλελεγμένος, ἐπίλεκτος.

Κρυπτὸς, non solum *absconditus*, sed etiam *qui conspici non potest*, qui *inuisibilis* vulgo dicitur. Sap. VII, 21. vbi σοφία cognitionem omnium rerum ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ, visibilium et inuisibilium largiri dicitur. Κρυπτὰ enim h. l. opponuntur τοῖς ἃ φαίνονται, et sunt igitur ἃ μὴ φαίνονται. coll. Luc. XIX, 42. Ioh. VIII, 59.

Κτάομαί τι, *accipio, experior aliquid.* 2 Macc. VII, 11. vbi, qui ad mortis supplicium rapitur innocens, dicit: ἐξ οὐρανοῦ ταῦτα κέκτημαι, coelitus mihi injuncta haec experior. — In loco autem Sirac. VI, 7. εἰ κτᾶσαι φίλον ἐν πειρασμῷ κτῆσαι αὐτὸν καὶ μὴ τάχυ ἐμπιστεύ-

σῃς

σῃς αὐτῷ, non est possidere, vt S. V. Schleusnero et Lindio visum est, sed acquirere, sibi parare, quod verba vltima docere videntur.

Κτίζομαι, creor, a Deo ipso creor, eo auctore esse incipio; quo sensu proprie opponitur τῷ γίνεσθαι, et disci potest eius vsus e Sap. X, 1. vbi Adamus appellatur μόνος κτισθεὶς i. e. qui solus omnium a Deo ipso est creatus. coll. Sap. I, 14. XI, 18. — Deinde vero significat sum, fio simpliciter, i. q. γίνομαι. Sir. XLIX, 14. οὐδὲ εἷς ἐκτίσθη οἷος Ἐνὼχ, et vers. sq. οὐδὲ ὡς Ιωσὴφ ἐγενήθη ἀνήρ. Vid. Ephes. III, 9.

Κτίσις, rerum vniuersitas. Sir. XVI, 17. τίς ἡ ψυχή μου ἐν ἀμετρήτῳ κτίσει; quid ego in immenso vniuerso. coll. Sap. V, 18. XVI, 24.

Κυβερνᾷν τὸν λαὸν, populum gubernare, Sus. v. 5.

Κύκλος, notat quoque decursum per orbem, Kreislauf, vt Sap. VII, 19. ἐνιαυτῶν κύκλοι. et cap. XIII, 2. κύκλος ἀστέρων.

Κωλύω, impedio, 3 Esdr. VI, 6. chaldaeum בטל pah. cessare fecit, impediuit, Esdr. V, 5. — 3 Esdr. VI, 33. chaldaeum שׂנא, odio persequi, Esdr. VI, 12.

Λ.

Λαλιὰ, sermo vulgi, fabula, das Stadtgespräch. Sir. XLII, 11. „ne filia impudica ποιήσῃ σε ἐπίχαρμα ἐχθροῖς, λαλιὰν ἐν πόλει κ. τ. λ. Polyb. I, 32, 6. ἦν θροῦς καὶ λαλιὰ παρὰ τοῖς πόλλοις. — Formula ἐκχέειν λαλιὰν, preces fundere, legitur Sirac. XXXII, 14. οὐ μὴ ὑπε-

 ρίδῃ

ῥίδῃ ἱκετείαν ὀρφανοῦ, καὶ χήραν ἐὰν ἐκχέῃ λαλιάν.

Λαμβάνειν, transitiue interdum est *mente percipere, intelligere, capere*, idem quod κατανοεῖν vel ἐπιγινώσκειν. Iudith. VIII, 14. βάθος καρδίας ἀνθρώπου οὐχ εὑρήσετε, καὶ λόγους τῆς διανοίας αὐτοῦ οὐ λήψεσθε (Ald. et Complut. διαλήψεσθε)· καὶ πῶς τὸν νοῦν τοῦ κυρίου ἐπιγνώσεσθε, καὶ τὸν λογισμὸν αὐτοῦ κατανοήσετε. cf. *Doruille* ad Charit. Aphr. p. 318. ed. *Reisk.* Syrus interpres et λήψεσθε et ἐπιγνώσεσθε per ܬܕܪܟܘܢ, *comprehendetis*, reddit. — Deinde *pono* (hebr. שׂוּם) in formula λαμβάνειν πρὸ ὀφθαλμῶν, *considerare, contemplari*, 2 Macc. VIII, 17. — Porro λαμβάνειν γυναῖκα, *vxorem ducere.* Sap. VIII, 18. λάβω αὐτὴν (σοφίαν) εἰς ἐμαυτὸν, i. e. εἰς τὸν οἶκόν μου, vxorem vel sponsam illam ducam, quod deinde, tropo remoto, significat arctissime cum illa conjungor, illi totus me dicam. Vid. v. 2, 9, 16. — Sensu *eligendi* legitur Fragm. Esth. IV. σὺ ἔλαβες τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν. — Denique intransitiue dicitur, vt in formula λαμβάνειν συντέλειαν, vel vt *Polyb.* IV, 52, 10. dixit λαμβάνειν τέλος, *ad finem perduci, perfici.* 3 Esdr. VI, 20. templi exstructio οὐκ ἔλαβε συντέλειαν, non ad finem est perducta; chald. לא שלים, Esdr. V, 16.

Λαμπρὸς, interdum significat *liberalem, splendidum in epulis*, vt πονηρὸς *sordidum*, similiter ac Latinis quoque *splendidus* et *sordidus* dicitur. Sirac. XXXIV, 23. λαμπρὸν ἐπ' ἄρτοις εὐλογήσει χείλη, — πονηρῷ δὲ ἐπ' ἄρτοις γογγύσει πόλις. Sic et *Demostheni* 565, 22. ed.

ed. *Reisk.* λαμπρότης est liberalitas in muneribus edendis, Gnomae μονόστιχοι (Gnomici poëtae graec. ed. *Brunck.* p. 238.):

Λεπτῶς καλῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ λαμπρῶς κακῶς.

coll. Luc. XVI, 19.

Λέγω. Formula λέγεται ὑμῖν, 3 Esdr. VIII, 22. est *notum sit vobis, scitote;* nam in textu chaldaeo Esdr. VII, 24. est לכם מהודעין, quod Alexandrini bene verterunt ἐγνώρισται ὑμῖν. *Iosephus* quoque ita citat hunc locum: καὶ ὑμῖν δὲ λέγω ὅπως etc. in antiquit. l. XI. c. V. p. 560. ed. *Hauerc.*

Λεπτὸς, primum *tenuis,* deinde qui conspici non potest et vulgo *inuisibilis* dicitur. Sic Sap. VII, 22. vbi in σοφίᾳ inesse dicitur πνεῦμα λεπτόν i. e. *illa ipsa* est natura, quae ob subtilitatem oculis conspici non potest. Vid. vers. 23. vbi illa omnes spiritus intelligentes καθαροὺς καὶ λεπτοτάτους ob hanc ipsam subtilitatem permeare vel penetrare dicitur. Inde puto haustam esse glossam *Hesychii:* λεπτὸν· ἀόρατον, ἀφανῆ. coll. quae supra diximus s. Κρυπτός. *Demosth.* 1472, 15. ed. *Reisk.* λεπτὴν καὶ ἄδηλον ἔχει τῷ κινδυνεύοντι τὴν ἀσφάλειαν.

* Λιβανόω, quod verbum legitur 3 Macc. V, 45. hoc tantum loco proprium, nec graecis scriptoribus profanis frequens esse videtur. Hi enim dicunt λιβανίζω vel λιβανωτίζω; vnde et deest hoc verbum in *Stephani* thesauro. Significat autem *thure miscere, thure imbuere.* Verba sunt: εὐωδέστατα πόματα οἴνου λελιβανωμένου, suauissimus potus vini thure mixti; qui quidem potus elephantibus por-

porrigebatur ad furorem illorum excitandum. Syrus interpres vertit ܒܡܣܟܪܐ ܘܠܒܘܢܬܐ, *per mustum et thus*, f. *cum musto et thure.*

Λιμνὴ, *stagnum, lacus.* Commemorantur 1 Macc. XI, 35. λιμναὶ ἁλός, quae Vulgatus interpres vertit *areae salinarum*; Syrus ܡܠܚܬܐ ܕܡܠܚܐ, *lacus salis*, i. e. foueae mari proximae, in quibus parabatur sal vi solis. Non autem foueae ipsae h. l. intelligendae videntur, sed decimae siue alia quaedam pars, tributi loco regi exhibenda.

Λογεῖον, *oraculum*, חשן, *pectorale*, legitur quoque Sir. XLV, 10. vbi ornamentum *illud* Aaronis appellatur λογεῖον κρίσεως.

Λογίζομαι, *adnumeror, adscribor alterius partibus.* Addo Sap. XV, 2. οὐχ ἁμαρτησόμεθα δὲ, εἰδότες, ὅτι σοὶ λελογίσμεθα, memores, nos esse tuos, tuum peculium, populum tibi deuotum; quod antea sic dicebatur σοί ἐσμεν.

Λογισμὸς, vt λόγος, est quoque interdum *mandatum.* Sic legitur Sir. XLIII, 23. λογισμῷ αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄβυσσον, mandato suo sedat mare; versu 16. fuerat ἐν θελήματι, et vers. 26. δι' αὐτὸν et ἐν λόγῳ αὐτοῦ.

Λόγος, *facultas loquendi*, potissimum facultas bene et prudenter loquendi. Sir. XXXVI, 4. ἑτοίμασον λόγον, καὶ οὕτως ἀκουσθήσῃ, σύνδησον παιδείαν, καὶ ἀποκρίθητι. coll. v. 5. vbi est διαλογισμός. Inde factum est, vt λόγοι denotarent *sapientum dicta*, ἀποφθέγματα, *scite dicta*; Sap. VII, 16. ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν, πᾶσά τε φρόνησις καὶ ἐργατειῶν ἐπιστήμη. Vid. quoque prolog. Sirac.

in

in edit. Complutenſi, vbi λόγοι φρονήσεως, αἰνίγματά τε καὶ παραβολαὶ commemorantur; idemque valet de loco Sir. XVIII, 29. συνετοὶ ἐν λόγοις καὶ αὐτοὶ ἐσοφίσαντο, καὶ ἀνώμβρησαν παροιμίας ἀκριβεῖς, qui bene cognitas habent ſapientum ſententias et ipſi ſapiunt et alios quoque docere poſſunt. Hanc verbi notionem obuerſatam eſſe cenſeo Alexandrinis et Theodotioni, dum illi תבונה, Prou. V, 1. et hic שיח, Amoſ. IV, 13. per λόγον redderent. — De aliis huius vocabuli notionibus magis vulgatis, haec e libris apocryphis addere liceat: 1) *mandatum*, quo pertinet locus nobilior Sap. XVI, 12. ὁ σὸς κύριε λόγος, ὁ πάντα ἰώμενος, tuum *mandatum*, *tua voluntas*, qua omnia ſanantur. Λόγος enim h. l. non eſſe auguſtiorem quandam naturam, ſed mandatum, apparet, puto, e verbis verſ. 7. ἐσώζετο διὰ σὲ τὸν πάντων σωτῆρα, verſ. 8. verſ. 10. τὸ ἔλεός σου ἀντιπαρῆλθε καὶ ἰάσατο αὐτούς, et verſ. 13. Ceterum cf. Pſ. CVI, 20. et Sap. XVI, 26. et quae dicta ſunt in Πέμπω. 2) *minae*, Baruch. II, 1. ἔστησε κύριος τὸν λόγον αὐτοῦ, ὃν ἐλάλησεν ἐφ' ἡμᾶς, ratas fecit minas. coll. v. 24. — 3) *ratiocinatio*, idem quod διαλογισμός, Iudith. VIII, 14. Vid. Λαμβάνειν. — 4) *pecunia* quae in rationes refertur. Vid. *Schleusner*. Spic. 1. Addo 1 Macc. X, 42, 44, 45. — λόγον ἔχειν, *timere*, *anxium eſſe*; addo Tob. V, 20. VI, 15. X, 6. — Denique κατὰ λόγον, *ex animi ſententia*, *ex voto*, 3 Macc. III, 14. ἐπιστρατεία — τῇ ἡμετέρᾳ ῥώμῃ κατὰ λόγον ἐπ' ἄριστον τέλος ἀχθεῖσα, expeditio bellica veſtra fortitudine ex animi ſententia, i. e. feliciter peracta eſt. coll. Actor. XVIII, 14. Eodem ſenſu apud

Po-

Polybium ſaepius; vid. quae prolixe diſputauit *Schweighäuſer* in Lex. Polyb. p. 369. et *Kypkii* obſ. ſacr. T. II. p. 93.

Λοιπός. — εἰς τὸ λοιπὸν *impoſterum*, 2 Macc. XI, 9.

Λύω, *deſtruo, diruo*, 3 Esdr. I, 55. hebraeum נתץ in textu 2 Chron. XXXVI, 19. — λύειν τὴν μήτραν, de primo concubitu dicitur, quo virginis flos tollitur. Iudith. IX, 2. ἀλλογενεῖς, οἳ ἔλυσαν μήτραν παρθένου εἰς μίασμα, qui diripuerunt virginibus florem ſtupro. Sed quoniam Iudaei non dicant λύειν μήτραν ſed ἀνοίγειν μήτραν, *Grotius* legere mauult μίτραν, zonam, quod etiam placuit *Bielio* (vid. ſ. μίτρα.) et Ill. *Eichhornio* in Einleit. in die Apocr. des A. Teſt. p. 325 ſq. Poteſt profecto defendi haec conjectura, quanquam in codd. nulla eſt varietas lectionis, neque ſatis certum, num Iudaei ſemper dixerint ἀνοίγειν; nam Syrus interpres certe legit μίτραν, quum verteret ܣܥܪܐ, *crinem, capillum*. Vulg. *femur*.

Λύειν τὸν νόμον, 3 Esdr. IX, 46., S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 1. explicuit *interpretari legem*; ſed rectius b. *Bielius* vertit *aperire legem*, i. e. librum, vbi lex erat inſcripta. Nam in textu hebraeo Nehem. VIII, 5. leguntur ויפתח הספר, *euoluit librum*, quod Alexandrini ſic: καὶ ἤνοιξεν τὸ βιβλίον. Sic in *Charit. Aphrod.* p. 97. ed. *Reisk.* λύειν τὰ γράμματα, literas ſoluere, euoluere.

M.

Μακροθυμία, ſignificat quoque *cunctationem, tarditatem prudentem atque cautam*, vt Sir.

V,

V, 11. γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει, καὶ ἐν μακροθυμίᾳ φθέγγου ἀπόκρισιν, promptus et celer ſis vbi eſt audiendum, ſed tardus atque cautus vbi eſt reſpondendum. Vid. verſſ. 12, 13. Vulgatus ſenſum magis ſequutus vertit: *cum ſapientia*. Sed optime vidit Syrus θυμὸν hac in compoſitione non eſſe vrgendum, ſed redundare; itaque vertit: ܒܡܟܝܟܘܬܐ, *in tarditate; Arabs*, vt ſolet, duobus, reddidit verbis بطيا متانيا, *ſegnis et iners.*

Μακροθυμέω, 2 Macc. VIII, 26. vid. ſq. Μακροτονέω.

* Μακροτονέω, *longius protendo, amplius intendo*, quod deinde *perſeuero, pergo*. Legitur hoc verbum 2 Macc. VIII, 26. nec in alio, praeter hunc, ſcriptore occurre videtur. „Iudaei diu perſequebantur exercitum Nicanoris ab ipſis fugatum, ſed tandem deſtiterunt; quoniam erat dies ante ſabbathum, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐμακροτόνησαν κατατρέχοντες αὐτούς, quare non longius protenderunt (manus) — non longius perſeuerarunt in perſequendis illis. Formatum eſt hoc verbum a μακρὸς et τείνω, *vlterius intendo*, vt χειροτονέω a χεὶρ et τείνω; et τείνεσθαι dicitur pugna, vbi acrior et longior fit pugnantium virtute. (Vid. etiam ἐπιτείνω, Sap. XVI, 24. coll. Ἀνίημι.) Eſt vero h. l. lectionis varietas, nam pro ἐμακρότονησαν, vt legunt cod. Alex. et biblia Complut. in cod. Vaticano et in Aldina eſt ἐμακροθύμησαν, quam lectionem *Bielius* probauit, et h. l. vertit *perſeuerare*. Vid. *Biel.* ſ. μακροθυμ. Sed quonam jure μακροθυμέω ſignificare poſſit *perſeuerare*, vix intelligitur; imo

imo haec lectio, vbi probata fuerit, **falſum** et contrarium praeberet ſenſum, atque **haud** dubie eſt interpretamentum verbi **difficilioris** et noui. Vulg. *perſeuerarunt.* Syrus: ܐܓܪܘ quod interpres latinus in Polyglott. Lond. reddidit *perſeuerarunt;* ſed melius fortaſſe *trahere fecerunt* i. e. *protraxerunt longius,* ita vt vix dubitandum ſit quin Syrus ἐμάκρο-τον. legerit. Nam ܓܪܐ proprie eſſe *trahere,* deinde vero etiam *litigare, percutere, inſtigare,* monuit *Caſtell.* in Lex. heptaglott. p. 614.

* Μαρτύρομαι, *teſtem cito, teſtem inuoco.* Legitur Iudith. VII, 28. μαρτυρόμεθα ὑμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν — ἵνα μὴ ποιήσῃ — obteſtamur vobis coelum, et terram, et Deum, ne faciat etc. Sic ſaepius apud profanos μαρτύρεσθαι θεούς, v. c. *Demoſth.* 799, 6. ed. *Reik.* Λυκοῦργος τὴν Ἀθηνᾶν ἐμαρτύρετο.

Μάρτυς, *teſtis,* deinde *bene gnarus, rem optime intelligens, perſpiciens,* vt teſtis cauſam habet cognitam. Sap. I, 6. τῶν νεφρῶν μάρτυς ὁ θεὸς, καὶ τῆς καρδίας ἐπίσκοπος ἀληθής. Deinde etiam *accuſator,* quia teſtes alios criminis et accuſant et conuincunt. Sap. IV, 6. „liberi moechorum die judicii μάρτυρες πονηρίας erunt κατὰ γονέων, accuſabunt genitores ſceleris.

Μάχη, et *jurgium, rixam,* vt Sir. XXVII, 14. vbi in verſ. ſq. cum διαλοιδόρησι commutatur, et c. XXVIII, 18. — et vero etiam *cauſam rixarum, iram* et *iracundiam* denotat, vt in loco Sir. XXVIII, 11. ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει

καίει πῦρ, καὶ μάχη κατασπεύδουσα ἐκχέει αἷμα.

Μεγαλειότης, *magnificentia*, 3 Esdr. I, 5. vbi in textu hebraeo 2 Chron. XXXV, 4. eſt במכתב, *ſecundum mandatum*, quod Alexandrini verterunt διὰ χειρός. Sed interpres 3 Esdr. l. I. haud dubie legit מכתם, proprie κειμήλιον, deinde vero μεγαλειότης.

* Μεγαλόφωνος, *alta voce loquens*, inde *clamoſus*, *rixoſus*. Legitur Sirac. XXVI, 27. in Complut. γυνὴ μεγαλόφωνος καὶ γλωσσώδης. *Lucian. S.* T. I. p. 679. ed. *Reiz.*

Μέγας. — μέγα, *diu*, Tob. IX, 4. καὶ ἐὰν χρονίσω μέγα, ὀδυνηθήσεται λίαν, ſi enim diutius commoror, pater valde dolebit. Aldina et Compl. legunt μεγάλως.

* Μεγιστὰν, *magnas*, *princeps*, ὁ μέγα δυνάμενος, vt *Phrynichus* p. 84. ed. *Pauw.* explicat. Rarius hoc ſubſtantiuum legitur in ſingulari, ſaepius in plurali, et *Bielius* habet in theſauro Μεγιστᾶνες. Singularis vero legitur Sirac. X, 24. vid. Κριτής. — Ceterum μεγιστᾶνες, 3 Esdr. VIII, 26. reſpondet hebr. גברים, Esdr. VII, 28. — et 3 Esdr. VII, 28. heb. סגנים, Esdr. IX, 2.

Μελαίνομαι, *nigreſco*. Locus Cant. I, 6. non ad hoc pertinet verbum, vt *Bielius* putauit, ſed ad verbum Μελανόομαι.

Μέλλω, interdum indicat voluntatem, conſilium, et eſt *velle*, *in eo eſſe vt*. Sap. XIV, 1. inuocat idolum ὁ μέλλων διοδεύειν κύματα, qui in eo eſt vt altum quaerat. Sap. XVIII. 14. υἱούς σου, δι' ὧν ἤμελλε τὸ ἄφθαρτον νόμου φῶς τῷ αἰῶνι δίδοσθαι, per quos decreueras legem ſaluberrimam hominibus tradere.

* Μὲν,

* Μὲν, particula discretiua, *quidem*. Legitur Sap. XVIII, 1. XIX, 5. — μὲν — δὲ indicant πρόθεσιν et ἀπόθεσιν, Sap. XVIII, 16. 17.

Μένω, *permaneo in efficacia, esse, efficax esse, pergo*, Sap. XVIII, 20. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔμεινεν ἡ ὀργή; non diu locum habebant poenae illae. — Deinde vero μένειν τι est quoque *aliquid sustinere*. Sic Sap. XVII, 17. προληφθεὶς τὴν δυσάλυκτον ἔμενεν ἀνάγκην, quicunque, omnes simul idem ineuitabile fatum sustinebant. Vulgatus bene vertit: *sustinebat*. — *Polyb.* IV, 8, 4. οὐ μένων τὸ δεινόν. Vid. etiam exempla quae *Stephanus* collegit in thesauro.

Μεριδάρχης, *particeps principatus*. 1 *Macc.* X, 65. Haec *Bielius*. Sed *Grotius* ad h. l. obseruauit: „μεριδάρχην esse *mensae regiae praepositum*, et esse honorem palatinum. Nam μερίδας esse *fercula*; vocem μεριδάρχης Iosephum quoque alibi vsurpasse hoc sensu." — Legitur quidem bis in *Iosepho*, scilicet de antiqq. l. XII. c. V. p. 610. et 611. ed. *Hauerc.* ibi vero significat *praefectum regionis*. Ceterum vid. quae *Bielius* in Ἀποστέλλω dixit, vbi μερίδας dici portiones, quae e sacrificiis mittebantur amicis, docuit. Vulgatus et Syrus *Bielii* interpretationem tuentur.

Μεριδαρχία, *Bielius*: „*partitio principatus*." Legitur ter in 3 libro Esdrae cap. I, 11. vbi in textu hebraeo 2 Chron. XXXV, 12. est לפלגות, *secundum classes, familias*. et ibid. v. 5. vbi in hebraeo 2 Chron. XXXV, 5. idem legitur, et Alexandrini verterunt κατὰ τὰς διαιρέσεις. Denique 3 Esdr. VIII, 28. vbi in

in hebraeo Esdr. VIII, 1. est הִתְיַחֵשׂ, τὸ recensere, i. e. recensio familiae.

Μερίζομαι, *diuidor*, deinde *adsignor*, *trador alicuius potestati*, cui tanquam pars debita adscriptus sum, *subjicior*. Sir. XLI, 9. ἐὰν γεννηθῆτε, εἰς κατάραν γεννηθήσεσθε· καὶ ἐὰν ἀποθάνητε εἰς κατάραν μερισθήσεσθε, miseriei trademini, i. e. miserrimi eritis. Sic hebr. כתב est *adsignare partes* Ios. XVIII, 6. vbi in LXX est μερίζειν. coll. Prou. VIII, 21. Vid. sq. Μερὶς.

Μερὶς, interdum significat, vt Latinorum *sors*, *fata hominis ea, quae ipsi a numine injunguntur, id ad quod nati sumus*, quod nos dicimus die Bestimmung. Sic Sap. II, 9. Vid. κλῆρος. — μερίδος εἶναι τινός, *alicuius sequi partes*, Sap. I, 16. ἀσεβεῖς προσεκαλέσαντο τὸν θάνατον· φίλον ἡγησάμενοι αὐτὸν ἐτάκησαν καὶ συνθήκην ἔθεντο πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἄξιοί εἰσι τῆς ἐκείνου μερίδος εἶναι, accersunt mortem (diabolum) foedusque et amicitiam cum eo ineunt; nam digni sunt ipsi hac societate, hoc consortio. Eadem formula recurrit cap. II, 24. Vulgatus bene vertit: *qui sint ex parte illius*. Arabs optime reddidit μερίδος εἶναι per خدم, *ministerium praestitit, seruiit*. *Dio Cass.* lib. XL. p. 258. ed. *Reim*. Μαρκέλλος τῆς τοῦ Πομπηίου μερίδος ἦν. Vid. idem lib. XLIV. p. 402. coll. Ioh. XIII, 8.

Μέρος, *conditio, locus quem quis obtinere tenetur*, idem quod τάξις, (vid. *Demosth.* 22, 4. ed. *Reisk.*) 2 Macc. XV, 20. τῶν θηρίων ἐπὶ μέρος εὔκαιρον ἀποκατασταθέντων, elephantibus loco aptissimo collocatis. — Deinde *res, ratio*. Sir. XXXVII, 18. Vid. Ἀνατέλλω. *Polyb.* I, 20, 8. τοῦτο τὸ μέρος, haec res. et ibid.

ibid. 10. πολλὴν αὐτοῖς παρεῖχε τοῦτο τὸ μέρος δυσχερείαν. coll. Act. XIX, 27. — Porro *dapes, portiones in conuiuio adpofitae*, 3 Macc. V, 17. τὸ παρὲν μέρος τῆς συμποσίας. Vid. *Grotius* ad h. l.

τὰ κατὰ μέρος, *fingula*. 2 Macc. II, 30. πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς κατὰ μέρος, τῷ τῆς ἱστορίας ἀρχηγέτῃ καθήκει. — *Polyb.* I, 4, 3. οἱ κατὰ μέρος πόλεμοι, fingula bella. *Id.* I, 4, 6. οἱ κατὰ μέρος γραφέντες τὰς ἱστορίας.

Μεσημβρία, *aeftus meridiei*, vel *ventus vrens*, καύσων, a meridie fpirans. Vtrumque effe poteft in loco Sirac. XXXI, 16. σκέπη ἀπὸ καύσωνος καὶ σκέπη ἀπὸ μεσημβρίας.

Μέσος. — μέση ἡμέρα, 3 Esdr. IX, 41. hebr. מחצות היום, Nehem. VIII, 3.

* Μεστόομαι, *repleor, impleor*. Legitur 3 Macc. V, 10. πεπληρουμένους τοῦ οἴνου καὶ τοῦ λιβάνου μεμεστωμένους. coll. Actor. II, 13. Deinde de affectibus dicitur vt πληρόομαι, et fignificat *prorfus teneri, abripi*. Sic ibid. eodem cap. verf. 1. βαρεία μεμεστωμένος ὀργῇ καὶ χόλῳ. — Μεστῶσαι ὀργῆς apud *Sophocl.* legi, teftatur *Stephanus* in thef. *Hefychius*: Μεμεστωμένοι· πεπληρωμένοι.

Μετά. Neglexit *Bielius* notare, Alexandrinos hac praepofitione interdum vfos effe ad reddendum hebraeum את, quod non notam accufatiui fed praepofitionem effe arbitrarentur; v. c. 2 Sam. XIX, 54. et Hof. VII, 5. vbi משך ידו את־לצצים reddiderunt: ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ μετὰ λοιμῶν, extendit manum fuam ad impios. — Deinde μετὰ inferuit *datiuo commodi*, et refpondet hebr. עם, vt in loco Genef. XXI, 23. חסד אשר עשיתי עמך, LXX, δικαιοσύνη ἣν ἐποίησα μετὰ σοῦ. — Ex his

his locis illustrandus esse videtur, Sirac. I, 10. *μετὰ πάσης σαρκός*, vbi scriptum proprie erat את־כל בשר quod est pro ואת, *simulque omnibus rebus creatis.* Vid. etiam ibid. c. XL, 8. vbi eadem leguntur verba. — Denique cum genitiuo denotat *materiam ex qua.* 3 Esdr. IV, 48. Iussit Darius ξύλα κέδρινα adferre, et οἰκοδομεῖν μετ' αὐτοῦ (scl. ξύλου) τὴν πόλιν, (Vulg. *cum eis.*) quae *Iosephus* (antiquit. l. XI. c. III. p. 553. edit. *Haverc.*) dixit: συγκατασκευάζειν αὐτῷ τὴν πόλιν.

Cum accusatiuo denotat *post*, diciturque *de loco* et *honore*. Iudith. II, 4. Holophernes δεύτερος ὢν μετ' αὐτὸν, proximus ei dignitate et honore; — et de tempore: τὰ μετὰ ταῦτα, *imposterum, olim.* Sir. III, 31. Deinde est quoque *aduersus*, 3 Esdr. I, 40. vbi in textu hebraeo 2 Chron. XXXVI, 6. est על.

Μετάγειν, *interpretari, in aliam transferre linguam*, i. q. μεθερμηνεύειν. Prolog. Sir. ὅταν μεταχθῇ εἰς ἑτέραν γλῶσσαν.

Μετακαλέω, *ad me voco, reuoco aliquem ab aliqua re*, 3 Esdr. I, 50. vbi in textu hebraeo 2 Chron. XXXVI, 15. leguntur השכם ושלוח, quae alter interpres vertit μετακαλέσαι αὐτούς.

Μεταλλάττειν τὸν βίον, *mori*, 3 Esdr. I, 29. in hebraeo 2 Chron. XXXV, 24. מות.

Μεταφέρω, *transduco, adduco.* 3 Esdr. IV, 48. μεταφέρειν ξύλα κέδρινα ἀπὸ τοῦ Λιβάνου εἰς Ἱερουσαλήμ. *Iosephus* (antiqq. lib. XI. c. III. p. 553.) vtitur verbo κατακομίζειν. — *mecum aufero*, 3 Esdr. II, 10. vasa sacra quae Nabuchdonosor μετήνεγκε ἐξ Ἱερουσαλήμ· in textu hebraeo Esdr. I, 7. הוציא.

Μετέχω, *particeps factus sum*, Sap. XIX, 16. τοὺς ἤδη τῶν αὐτῶν μετεσχηκότας δικαίων, iuribus

bus..ciuitatis eorum participes factos. — μετέχειν ἀνομίας, 3 Esdr. VIII, 70. socium esse sceleris; vbi in hebraeo Esdr. IX, 2. sunt יד היתה במעל. — Deinde, si de cibis dicitur, est *edo*, vt 3 Esdr. V, 40. vbi in textu hebraeo Esdr. II, 6. legitur אכל.

Μετεωρίζομαι, proprie de fluctibus maris dicitur, et significat *intumesco*; deinde *animo efferor*, *magna molior*, et interdum est *superbio*, vano fastu inflatus aggredior, *insurgo*, vt 3 Macc. VI, 5. Sanherib μετεωρισθεὶς ἐπὶ τὴν ἁγίαν πόλιν, insurgens aduersus sanctam vrbem. De hoc verbo et de voc. μετεωρισμὸς vid. *Munthius* in obs. e *Diod. S.* ad Luc. XII, 29. et *Loesnerus* in obss. ad Phil. p. 115 sqq.

Μετεωρισμὸς, *agitatio*, proprie de vndis; deinde transfertur ad animum *cupiditatibus agitatum*. Sir. XXIII, 4. μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν μὴ δῷς μοι, custodi me ab agitatione i. e. vehementia cupiditatum. Non enim est *fastus* h. l.; nam sequuntur statim: καὶ ἐπιθυμίαν ἀπόστρεφον ἀπ' ἐμοῦ· κοιλίας ὄρεξις καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσαν με. Eodem modo sunt intelligenda verba Sir. XXVI, 9. πορνεία γυναικὸς ἐν μετεωρισμοῖς ὀφθαλμῶν — γνωσθήσεται, oculorum agitatione, libidinosa nempe. Vid. *Schleusneri* Spicil. 2.

Μετρέω, *metior*; deinde *aestumo*, *computo*. Sap. IV, 8. honor senectutis non ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται. coll. 2 Cor. X, 12. *Demosth.* 314, 24. τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν.

Μηδαμῶς, Ion. I, 14. hebr. אנה, *quaeso*.

Μὴν ἡμερῶν, *mensis dierum* scl. singulorum, i. e, *integer mensis*, Iudith. III, 10. καὶ ἦν ἐκεῖ

μῆνα

μῆνα ἡμερῶν. Vulgatus per triginta dies. Similiter dicitur ἔτος ἡμερῶν, 1 Macc. I, 50. integer annus; vid. Schleusneri Spicil. I. s. v. Ἡμέρα.

* Μήνιμα, a μηνίω, irascor, significat iram, indignationem, et legitur Sirac. XL, 5. μήνιμα καὶ ἔρις. Leguntur autem haec in cod. Alexandrino; Vatic. μηνίαμα, quod idem significat, spurium vero habetur ab Excell. Schneidero. Vid. eius Lex. Graec. s. voc. μήνιμα. Μηνίαμα deest in Stephani thesauro, sed μήνιμα habet, atque de ira Deorum inprimis dici affirmat; quam in rem cf. Dionys. Halic. lib. I. c. 16. p. 43. ed. Reisk. Hesych. Μήνιμα· μῆνις, ὀργή, χολή. quae glossa fortasse ad hunc pertinet locum, et lectionem cod. Alex. commendat.

* Μηχανάω, άομαι, machinor, molior, excogito, struo. Legitur in Fragm. Esth. VIII, 15. vbi est mala struo, et permutatur cum ζητέω κακοποιεῖν. Praeterea extat quinquies in tertio Maccabaeorum libro; et quidem cap. VI, 24. λάθρα μηχανώμενοι τὰ μὴ συμφέροντα, clam struentes noxia. cap. V, 22. εἰς τὸ παντοίους μηχανᾶσθαι ἐμπαιγμούς, vt machinarentur, pararent quaecunque ludibria saeua et crudelia. cap. V. 28. Θεὸς, τῶν πρὶν αὐτῷ μηχανωμένων λήθην κατὰ διάνοιαν ἐντεθεικώς, Deus, qui effecit, vt rex consilii (de Iudaeis per Elephantes internecandis) obliuisceretur. — Deinde etiam est arte conficere, artificiose facere, et facere, perficere simpliciter. Ibid. cap. V, 5. „manus miserorum alligantes τήν τε λοιπὴν ἐμηχανῶντο περὶ αὐτοὺς ἀσφάλειαν, ceterum omnia studiose fecerunt et adhibuerunt ad illos firmiter vinciendos. Lucian.

 Samos.

Samos. Cynic. T. III. p. 545. ed. Reitz. βαφὰς μηχανώμενοι. et. T. II. Bis accusat. p. 834. μηχανώμενος εὔνοιαν πολλὴν παρὰ τῶν ἀκουόντων. — Passiue legitur ibid. cap. VI, 22. mutabatur ira regis in misericordiam et δάκρυα. ὑπὲρ τῶν ἔμπροσθεν αὐτῷ μεμηχανημένων, et fleuit propter ea quae antea parauerat Iudaeis saeua.

Μηχανὴ non solum in plurali, sed etiam in singulari significat *molimina, excogitata, inuenta.* 3 Macc. IV, 19. δεδωροκοπημένοι εἰς μηχανὴν τῆς ἐκφυγῆς, donis corrupti ad inueniendum, excogitandum Iudaeis effugium. *Polyb.* II, 2, 7. πᾶσαν βίαν προσφέροντες καὶ μηχανὴν, omnem et vim et artem adhibentes. Vid. etiam *Stephan.* thes.

Μικρὸς. — πρὸ μικροῦ scil. χρόνου, *paulo antea,* Sap. XV, 8. coll. c. XIV, 20.

Μιμνήσκω, interdum significat *curam alicuius rei habeo, eam colo,* quod jam S. V. *Schleusnerus* in Spic. 1. docuit cuiusque notionis addo exemplum 3 Esdr. IV, 21. vir deseret patrem et matrem et adhaerebit vxori, — καὶ οὔτε τὸν πατέρα μέμνηται οὔτε τὴν μητέρα. — Dicitur etiam in malam partem, vid. Μισοπονηρέω.

Μισοπονηρέω, *odium improbitatis ostendo.* Legitur quoque 2 Macc. VIII, 4. et h. l. est *punire;* Deus enim praua auersatus, illa etiam punit. μνησθῆναι, τῆς τῶν νηπίων παρανόμου ἀπωλείας, καὶ περὶ τῶν γενομένων εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ βλασφημιῶν, καὶ μισοπονηρῆσαι, memor est Deus caedis infantum, vt etiam (περὶ continuat constructionem) blasphemiarum aduersus ipsum haecque scelera puniet.

M. Vulgat.

Vulgat. *indignaretur.* Syrus: ܘܢܬܩܘܡ ܥܠܝܗܘܢ ܒܚܡܬܐ ܕܪܘܓܙܐ, *et insurgeret aduersus illos in indignatione furoris* (summa). *Iosephus* antiq. l. XIII, c. 10. p. 661. ed. *Hauerc.* μισοπονηρῶν τοῖς Σαμαρεῦσιν, Samaritanis valde infensus.

Μνᾶ, *mina, libra*, 3 Esdr. V, 45. respondet hebraeo דרכמנים (in bibliis hebr. ed. a Simone perperam scriptum est דרכמונים,) Esdr. II, 69. drachma.

Μνημονεύω, saepius ita dicitur, vt significet *rationem alicuius rei habere in agendo*; de Deo μνημονεύειν τινὸς est *auxilium ferre*; de hominibus ratione Dei est, *recte viuere*, Tob. IV, 5. πάσας τὰς ἡμέρας τοῦ Θεοῦ μνημόνευε, καὶ μὴ Θελήσῃς ἁμαρτάνειν. ibid. v. 19. μνημόνευε τῶν ἐντολῶν. 1 Macc. XII, 11. μνημονεύειν ἀδελφῶν.

* **Μόγις**, *vix, aegre*, i. q. μόλις. Legitur 3 Macc. VII, 6. *Thom. Mag.* Μόλις ἀντὶ τοῦ βραδέως. Μόγις δὲ ἀντὶ τοῦ μετὰ βίας. De his aduerbiis, eorumque propria significatione, et commutatione, vid. *Doruille* ad Charit. Aphrod. lib. III. c. 9. p. 409. ed. *Reisk.*

Μολύνω, *polluo*, 3 Esdr. IX, 83. in textu hebraeo נדה, *impuritas*, Esdr. IX, 11.

Μολυσμὸς, *pollutio*, 3. Esdr. IX, 83. hebr. נדה, Esdr. IX, 11.

Μονογενὴς, Sap. VII, 22. non quidem est *vnicus*, vt *Bielius* interpretatus est, sed potius *simplex*, einfach, cuius contrarium est τὸ πολυμερὲς, quod partes habet, vel potius quod in partes diuidi potest. Si ibi dicitur sapientia esse πνεῦμα μονογενὲς, καὶ πολυμερὲς, haec ita sunt intelligenda; illam esse spiritum *sua na-*

natura quidem ſimplicem, ſed in varias tamen diuiſum partes, vt radii ſolis vel lucis. De hoc loco vid. interpretes, inprimis Ill. *Eichhornius* in introduct. in libr. apocryph. V. T. p. 101.

Μυέομαι, *initior myſteriis.* Legitur etiam 3 Macc. II, 10. μεμυημένοι κατὰ τὰς τελετάς, ſacris initiati. Vid. *Munthii* obſſ. e *Diod. Sic.* ad Philipp. IV, 12.

Μυθόλογος, *fabularum narrator,* Bar. III, 23. Haec *Bielius.* Sed haud dubie h. l. ſic appellantur *philoſophi gentilium,* et voc. ſignificat *philoſophum,* σοφὸν, σοφίστην; nam ibi leguntur: οἱ ἐκζητοῦντες τὴν σύνεσιν — καὶ οἱ μυθόλογοι, και οἱ ἐκζητηταὶ τῆς συνέσεως. Eſt enim in toto hoc capite de iis ſermo, qui e gentilibus fruſtra quaeſiuerint σοφίαν. — Μυθεῖσθαι vero eſſe *interpretari, docere,* docuit *Fiſcherus* in proluſſ. de Vitis Lexc. N. T. p. 623. et *Heſychius* habet: Μυθήσασθαι διηγήσασθαι. διδάξαι. Sic et μῦθος eſt i. q. ἀπόφθεγμα in *Theognidis* dicto: Ἀεὶ τῶν δ' ἐπέων μεμνημένος, ἐς δὲ τελευτὴν αἰνήσεις μύθῳ σώφρονι πειθόμενος.

* Μυσταθεία, vocabulum haud dubie corruptum, quod legitur Sap. XII, 6. in cuius explicatione interpretes diſſentiunt, neque quid ſtatuendum ſit ſatis intelligitur. Veteres enim Vulg., Sir. et Ar. nihil habent quo hic locus illuſtretur; nam vel legerunt μυστήριά σου, vel verbum μυσταθεία ſic ſunt interpretati. *Grotius* pro ἐκ μέσου μυσταθείας σου legere maluit ex μυσοῦ μύστας θειασμοῦ, *ex ſcelerato afflatu myſtas.* *Baduellus* ἐκ μύσου, μύστας τε θειασμοῦ, *epulum ſanguinis abominandi et ſacerdotes diuini furoris.* In ed. Baſileenſi (ao. 1550, 8.) legitur locus ſic: ἐκ μύσους, μυστάς τε θειασμοῦ, καὶ etc. et vertit

ib

ibi interpres latinus: et ſanguinis *ex faſtidio, et fanaticos ſacerdotes.* In Baſileenſi (anno 1545 a *Melanthone* fol. edit.) ſic: ἐκ μέσου μυστάς τε θείας σου. Cod. Alex. vero, vt et *Grabius* et *Breitingerus* ediderunt: αἵματος ἐκ μέσου μύστας θιάσου. — Complut. μύστας θείας σου. *Kleukerus* arbitratur ἀνθρωπιν. σαρκ. gloſſam, atque legendum eſſe ſic: καὶ σπλαγχ. θοιν., καὶ αἵματος μύσου μυστὰς θειασμοῦ. — In tanta vero loci difficultate equidem judicium mihi arrogare nolo, ſed illud relinquo docto lectori, cui ea, quae hactenus diſputata ſunt, narrare, ipſique poteſtatem judicandi facere volui.

* Μώκημα, *irriſio, deluſio*, a μωκάω, *deludo, irrideo,* de quo verbo docte diſputauit S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 2. Legitur vero Sir. XXXI, 18. (in Complut. XXXIV.) et ſignificat ſacriſicia, quae ex injuſte partis opibus offeruntur, et vere ſunt deriſio et ludibrium cognitionis et potentiae Dei ſummae. Θυσιάζων (inquit Sirac.) ἐξ ἀδίκου, προσφορὰ μεμωκημένη (Cod. Alex. μεμωμημένη), καὶ οὐκ εἰς εὐδοκίαν μωκήματα ἀνόμων, quae ex injuſte comparatis opibus offeruntur, Deum deludunt, neque hae impiorum ludibria Deo poſſunt placere. Cod. Alex. legit μωμήματα; Compl. δωρήματα, quod eſt interpretamentum. *Vulgat. ſubſannationes;* ſequutus igitur eſſe videtur lectionem cod. Alex. Syrus: ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ *oblationes, munera eorum;* legit igitur vt Compl. — Arabs denique ولا يغفر لهم بكثرة قرابينهم, *neque condonabit illis propter multitudinem oblationum*

num eorum. Retinuerunt et *Linde* et *Augusti* lectionem Vaticani. Vid. etiam *Bielius* in Μωκάω et Μῶκος.

N.

Ναὸς, 3 Esdr. II, 12. chald. אשין, *fundamenta*, Esdr. IV, 12. — ναὸς κυρίου tropice dicitur ſedes beatorum in altera vita; Sap. III, 14. δοθήσεται αὐτῷ κλῆρος ἐν ναῷ κυρίου θυμηρέστερος. cf. Apocal. III, 12.

Νεανίαι, vt νεανίσκοι ſaepius, *milites* denotat. 1 Macc. XII, 27. νεανίαι δὲ πρὸ τῶν τειχῶν καθεστῶτες — ὑπεμάχοντο.

* Νεανικὸς, *iuuenilis.* Legitur 3 Macc. IV, 8. νεανικὴ ἡλικία, iuuenilis aetas, flos iuuentutis.

Νεκρὸς, qui ſentiendi et agendi facultatem non habet, nec vnquam habuit, ἄψυχος. Hoc ſenſu Sap. XIII, 10, 18. *idola* dicuntur νεκρά; περὶ ζωῆς τὸν νεκρὸν ἀξιοῦ — ἐν νεκροῖς αἱ ἐλπίδες αὐτῶν, οἵτινες ἐκάλεσαν θεούς. vid. v. 17, 18. vbi idolum ὁ ἄψυχος dicitur, coll. c. XV, 17.

Νεόκτιστος. Deus dicitur Sap. XI, 18. Aegyptios variis beſtiis et feris terruiſſe, iis immiſiſſe vrſus et leones ἢ νεοκτίστους θυμοῦ πλήρεις θῆρας ἀγνώστους, et alias beſtias noui generis ignotas. *Bielius* νεόκτιστος vertit: *nuper factus*, et *Hesych.* νεόκτιστον· νεοκαθίδρυτον, ἢ νεωστὶ κατασκευασμένον. Ad non eſt *nuper*, ſed *recens factus*, i. e. animal noui generis, in hanc rem procreatum, i. q. ἄγνωστον. Sic *Lucian. Sam.* T. III. p. 120. ed. *Reiz.* οἶκος νεόκτιστος, Vulg. recte: *noui generis feras.* Syr. et Ar. ſenſum ſequuti verterunt: *horrendas beſtias.* *Iosephus* idem

narrat

narrat antiqq. lib. II. c. XIV. p. 109. edit. *Hauert.* θηρίων γὰρ παντοίων καὶ πολυτρόπων, ὡς εἰς ὄψιν οὐδεὶς ἀπηντήκει πρότερον, τὴν χώραν αὐτῶν ἐγέμησεν.

Νεότης, abſtractum pro concreto, juuentus pro *juuene*; Sap. IV, 16. νεότης τελεσθεῖσα ταχέως, juuenis praematura abreptus morte.

Νευρὰ, *neruus, funis.* Deinde *flagellum ex funibus contortis et nodoſis connexum.* 2 Macc. VII, 1. μάστιξι καὶ νευραῖς αἰκιζόμενοι. Vulg. *flagris et taureis cruciatos.* *Syrus: attulerunt et propoſuerunt iis* (quae verba non ſunt in graeco) *flagella* ܦܪ̈ܓܠܐ ܘܟܠ ܡܐܢ̈ܐ ܘܐܘܠܨܢܐ *et omnia inſtrumenta tormenti et afflictionis* ſ. cruciatus.

Νεφροὶ, *renes.* Notiſſimum, ſed a *Bielio* non animaduerſum eſt, hoc voc. ſignificare i. q. καρδία, *animi cogitationes et molimina.* Sap. I, 6. vbi Deus νεφρῶν μάρτυς dicitur. coll. Pſ. VII, 10. Ierem. XX, 12.

* Νεωτερικὸς, *juuenilis.* Legitur 3 Macc. IV, 8. νεωτερικὴ ῥαθυμία, juuenilis luſus. *Polyb.* X, 24, 7. νεωτερικοὶ ζῆλοι, juuenilia ſtudia.

Νηστεία, *jejunium ob ſummam animi aegritudinem ſuſceptum,* vel *animi aegritudo ipſa.* 3 Esdr. VIII, 73. ἐκαθήμην περίλυπος ἕως τῆς δειλινῆς θυσίας. Καὶ ἐξεγερθεὶς ἐκ τῆς νηστείας κ. τ. λ. In textu hebraeo Esdr. IX, 5. legitur תענית, *afflictio.*

Νικάω τὸν ἀγῶνα, vel *pugno pugnam,* vel *ſuperior diſcedo e pugna.* Sap. IV, 3. mulier caſta τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα; quae certamen de puro et candido praemio (caſtitatis) ſuſtinuit.

Νοέω,

Νοέω, *disco, concludo.* Sap. XIII, 4. νοησάτωσαν ἀπ᾽ αὐτῶν, discant a rebus creatis, concludant, quanto potentior esse debeat illarum creator. Sir. XXXIV, 15. νόει τὰ τοῦ πλησίον ἐκ σεαυτοῦ, disce, conjice, alterius vota ex tuis. Huc pertinet *Hesychii* glossa: Νόει· συλλογίζου, σκόπει.

Νόημα, *cogitatio*, legitur quoque 3 Macc. V, 30. et ibi est cogitatio rerum praeteritarum, *recordatio*; διὰ προνοίας θεοῦ διεσκέδασθαι πᾶν αὐτοῦ τὸ νόημα, Dei prouidentia omnis rerum, quas perficere voluerat, recordatio mente erat excussa. Non vero repugno, si quis maluerit vertere h. l. *consilia praua, machinationes*, vt legitur 2 Cor. II, 11. X, 5.

Νόμιμον, non solum *lex* proprie dicta, *jus*, sed etiam *ritus, mos*, quia hi saepius eadem qua leges sunt vi, et interdum in leges abeunt. 1 Macc. I, 14. Gymnasium Hierosolymis exstruxerunt κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν, gentilium more. *Dio Cass.* l. XL. p. 253. ed. *Reim.* τὰ περὶ τὰς ταφὰς νόμιμα. *Polyb.* IV, 64, 4. τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη καὶ νόμιμα. Sic quoque

Νόμος interdum significat *mores, agendi rationem.* 3 Macc. VII, 5. νόμου Σκυθῶν ἀγριωτέρα ὠμότης, crudelitas saeuior Scytharum moribus. — *Volumen, liber legis*, 3 Esdr. IX, 39. hebr. ספר־תורה, Nehem. VIII, 1. — *mandatum, lex*, 3 Esdr. VIII, 21. chald. טעם, Esdr. VII, 23.

Νουθέτησις, *emendatio*, quae admonitione vel castigatione efficitur. Addo Iudith. VIII, 27. εἰς νουθέτησιν μαστιγοῖ κύριος τοὺς ἐγγίζοντας

τας αὐτῷ Aldina et Complut. νουθεσίαν, quorum lectionem *Bielius* sequutus est; sed est interpretamentum.

Νοῦς, *spiritus*, cuius oppositum est corpus. Sap. IX, 15. φθάρτον γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχὴν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν. — Deinde *absconditum mentis consilium*, i. q. βάθος καρδίας. Iudith. VIII, 14. Vid. Λαμβάνω.

Νῦν. — ἀπὸ τοῦ νῦν, *nunc, hoc tempore* simpliciter, ita vt vis praepositionis ἀπὸ euanescat. Sir. XI, 23-25.

Νύσσω, *pungo*. Legitur etiam 3 Macc. V, 14. vbi est *vellere* excitandi aliquem causa; ἔνυξε τὸν βασιλέα, somno sopitum. *Hesychius*: Νύσσει· παίζει, ῥήσσει. cf. Act. XII, 7. vbi idem est πατάσσειν τὴν πλευράν.

Ξ.

Ξενολογέω, *peregrinos colligo milites;* quo sensu etiam praeter illum a *Bielio* laudatum locum legitur 1 Macc. XI, 38. dimisit copias πλὴν τῶν ξενῶν δυνάμεων ὧν ἐξενολόγησεν ἀπὸ τῶν νήσων τῶν ἐθνῶν. Sic quoque apud *Lucian. Sam.* T. II. p. 741. ed. *Reiz.*

Ξύλον, *truncus;* deinde *idolum* ex trunco caesum Sap. XIV, 1. Porro *nauis*, Sap. XIV, 7. coll. v. 5. quo sensu etiam de *arca Noae* dicitur Sap. X, 4.

Ξυστὸς et πολυτελὴς, quae leguntur 3 Esdr. VI, 9. respondent chaldaeo גלל *politura*, Esdr. V, 8. — ξυστὸς 3 Esdr. VI, 25. גלל, Esdr. VI, 4.

O.

Ὁ, ἡ, τό. — τὰ μεν, τὰ δε, *nunc, nunc*, siue *hic, illic.* Sap. XVII, 15. — Deinde ponitur pro pronomine personali, Sap. V, 4. οἱ ἄφρονες, quae, vt omnis loci nexus clarissime docet, vertenda sunt: *nos stulti.* Vulgatus: *nos insensati;* et Syrus Arabsque per verbum haec verba reddentes prima pluralis numeri persona sunt vsi.

Ὁδηγὸς, proprie *viae dux;* deinde *dux* simpliciter. Sap. VII, 15. Deus dicitur τῆς σοφίας ὁδηγός, qui sapientiam largitur. Vulg. *dux;* vt etiam Syrus ܡܕܒܪܢܐ.

Ὀδυνάνω, *dolore, angore afficio*, et si de rebus inanimis dicitur, est: *tremere facio, quasso, concutio.* Sic Sirac. XLIII, 17. φωνὴ βροντῆς αὐτοῦ ὠδίνησε γῆν, sonitus tonitru Dei concutit terram. Vulgat. *verberabit.* In textu hebraeo haud dubie fuit חול quod et *doluit* et *commouit*, quodque alternat cum זוע. Vid. etiam Zach. IX, 5. et ibi Alexandrini.

Ὅθεν, vt Latinorum *vnde*, saepius est *quare, quapropter, ideo.* Sap. XII, 23. Iudith. VIII, 20. XI, 16. Ep. Ierem. v. 64. ὅθεν οὔτε νομιστέον οὔτε κλητέον ὑπάρχειν αὐτοὺς θεούς.

Οἰακίζω, *guberno.* Ad vnum locum *Bielii* addo Sir. XVIII, 2. ὁ οἰακίζων τὸν κόσμον.

Οἰκουμένη, *orbis terrarum.* Addo Sap. I, 7. πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην. Ep. Ierem. v. 26. Deus jubet nubes abire εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην.

Οἰκοδομὴ, *aedificium, templum*, 3 Esdr. V, 65. hebr. בית, Esdr. III, 12.

Οἰκτρὸς, *miserabilis;* οἰκτροτάτη θεωρία, tristissimum spectaculum, 3 Macc. V, 24.

Οἶνος,

Οἶνος, *vinum*, hebr. תִּירוֹשׁ, Obad. v. 16. Sed Alexandrini ibi haud dubie habuerunt חֶמֶר.

Ὀκνέω, *cunctor;* deinde, quoniam ſaepe metu vel pudore perculſi cunctamur, eſt *metuere, anxii haerere,* vt Iudith. XII, 13. vbi Bagoas Iuditham ita inuitat, vt veniat ad Holofernem: μὴ ὀκνησάτω δὴ ἡ παιδίσκη ἡ καλὴ αὕτη ἐλθοῦσα πρὸς τὸν κύριόν μου δοξασθῆναι etc. cui orationi ea quae Iudithae timorem adimere potuiſſent, apte ſunt innexa. Vulgat. optime: *non vereatur. Timaeus:* Ὀκνεῖ· εὐλαβῶς ἔχει. *Lucian.* encom. Dem. ὀκνῶ, μὴ περὶ τῆς Μακεδονίας ἄν κατέστησέ μοι τὸν λόγον.

Ὀλεθρία, *pernicies.* Additum jam eſt vocabulum theſauro *Bielii* a S. V. *Schleusnero,* legiturque praeterea, Sap. XVIII, 15. γῆ ὀλεθρίας, terra perniciei deuota.

Ὄλεθρος, *pernicies,* reſpondere hebraeo אֵיד Obad. v. 13. non notatum eſt a *Bielio.* Deinde denotat *mortem, vitae interitum.* Sap. I, 14. φάρμακον ὀλέθρου; vid. etiam v. 13. et cap. XVIII, 13.

Ὀλίγος, quoniam quae pauca ſunt, non valde aeſtimantur, denotat etiam id quod *vile, nullius pretii* eſt, *non aeſtimandum.* Sap. VII, 9. ὁ πᾶς χρυσὸς ἐν ὄψει αὐτῆς ψάμμος ὀλίγη. in altero membro *lutum* ad comparationem adhibetur. Praeterea addendae ſunt formulae dicendi a *Bielio* praetermiſſae:

ἐπ' ὀλίγον, *paululum, aliquamdiu,* Sap. XVI, 3.

μετ' ὀλίγον, *paulo poſt, breui,* Sap. XV, 8.

πρὸ ὀλίγου, *paulo ante,* Sap. XIV, 20.

πρὸς ὀλίγον, *ad tempus, aliquamdiu.* Sap. XVI, 6.

Ὀλισθέω,

Ὀλισθέω, *labor.* Deinde, vt fere omnia verba cadendi, transfertur ad peccata, et denotat *peccare.* Sir. XIV, 1. μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ὠλίσθησεν ἐν στόματι αὐτοῦ, qui lingua, sermonibus non peccat.

Ὄμνυμι. Sap. XIV, 31. οἱ ὀμνυόμενοι sunt ii, *per quos* aliquis jurat, *numina jurata.*

Ὁμοθυμαδὸν, *vna, ad vnum omnes,* 3 Esdr. V, 47. hebr. כאיש אחד, Esdr. III, 1.

Ὁμοιότης, primum *similitudo,* deinde *imago, effigies.* Sap. XIV, 19. ὁ μὲν γὰρ τῷ κρατοῦντι βουλόμενος ἀρέσαι, ἐξεβιάσατο τῇ τέχνῃ τὴν ὁμοιότητα ἐπὶ τὸ κάλλιον.

Ὁμόφυλος. *Bielius* hoc vocabulum nimis anxie interpretatus est *eiusdem tribus, contribulis,* quum potius simpliciter denotet *ciuem, eiusdem nationis hominem.* Ita legitur quoque 3 Macc. III, 21. vbi Syrus vertit ܒܢܝ ܥܡܗܘܢ, *filii populi* (i. e. ciues) *eorum;* eodemque modo accipiendum est, 2 Macc. IV, 10. Venit etiam sic apud *Iosephum* v. c. antiq. jud. l. XIX. c. VII. p. 948. ed. *Hauerc.* Sic et ἀλλόφυλοι sunt *exteri.* — *Polyb.* IX, 37, 7. et XV, 20, 5. vbi pisces qui eiusdem sunt generis ὁμόφυλοι dicuntur, vt apud *Xenophontem* Cyrop. lib. I. c. VI, 19. *aues.*

Ὄνημαι, vid. Ὀνομάζομαι.

Ὄνομα, Sap. XIX, 18. videtur esse *modulatio,* Tonweise, Gesangsweise, *nomen.* pro *sono definito, melodia,* vt קול et מלה leguntur Psalm. XIX, 4, 5. Verba quae ibi leguntur haec sunt: ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγοι τοῦ ῥυθμοῦ τὸ ὄνομα διαλάσσουσι, πάντοτε μένοντα ἤχῳ, vt in polychordo soni concentus varii

mo-

Ὄρεξις, *cupido*, Sap. XIV, 2. Sir. XVIII, 30. ὄρεξις κοιλίας, *libido*, *rei venerae cupido*, Sir. XXIII, 6. vbi συνουσιασμὸς, *coitus*, jungitur. *Hesych.* Ὄρεξις· ἐπιθυμία. Vid. Rom. I, 27.

* Ὀρθρεύω, vt ὀρθρίζω est *mane surgo*, deinde *matutinus aliquid ago* — *mane proficiscor.* Legitur Tob. IX, 6. καὶ ὤρθρευσαν (cod. Alex. ὤρθρισαν) κοινῶς, καὶ ἦλθον εἰς τὸν γάμον, mane profecti ambo venerunt ad nuptias. *Möeris Att.* Ὀρθρεύει, Ἀττικῶς· ὀρθρίζει, Ἑλληνικῶς. *Phrynich.* p. 120. (ed. *Pauw*): οἱ ἀρχαῖοι ὄρθρον καὶ ὀρθρεύεσθαι, τὸ πρὸ ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι. Vid. *Lucian.* Somn. T. II. p. 703. ed. *Reiz.* et *Fischeri* prolusf. de vitt. Lexx. N. T. I p. 692.

Ὀρθρίζειν, *studiose quaerere.* Addo Sap. VI, 14. ὀρθρίζειν ἐπὶ σοφίαν. coll. Sir. IV, 12.

mihi glossema videtur. *Vulgatus: honorem senectutis; Arabs* ﺷﻴﺨﻮﺧﺔ, *senectus;* solus
Syrus πρεσβυτέριον legisse videtur, qui verti
ܩܫܝܫܘܬܐ, *presbyterium, episcopatus*
Sed vsus est hic interpres Gens. XLIII, 33
eodem vocabulo ad vertendum hebraeum
בכרה, *primogenituram.*

Πρηνὴς, significare illum, qui *lapsus est*, docuit *Bielius*, et confirmatur haec significatio per alium locum, vbi est *destructus, dirutus;* 3 Macc. V, 43. τὸν ἄβατον αὐτῶν ἡμῖν ναὸν πυρὶ πρηνέα ἐν τάχει — καταστήσειν, — *igne diruere.*

Πρὸ, de dignitate et honore, *prae, super.* 3 Macc. II, 21. Deus est πρὸ πάντων ἅγιος ἐν ἁγίοις.

Προάγω, *progredior, procedo*, de exercitu dicitur 1 Macc. X, 77. et est nostrum vorrücken; προῆγεν εἰς τὸ πεδίον. Eodem modo apud *Polyb.* v. c. II, 65, 1. III, 17, 1.

Προβαίνω, *aetate prouehor;* sub. ἐν ταῖς ἡμέραις, siue τῷ χρόνῳ, (Luc. I, 7.), Iudith. XVI, 23. ἦν προβαίνουσα μεγάλη σφόδρα καὶ ἐγήρασκεν ἔτη ἑκατὸν π. *Bielius* male vertit: *procedens erat.* Sic προβεβηκὼς apud *Lucian.* S. Nigr. T. I, p. 64. ed. *Reim.* est *senex.*

— προβαίνειν ἐπὶ πλεῖον, 3 Esdr. II, 29. *vlterius progredi, amplius aliquid facere, pergere;* in textu chaldaeo Esdr. IV, 22. ישגא, *augeatur.*

ξιν. *Iosephus* (antiq. l. XI, c. III. p. 550. ed. *Hau.* hunc locum ita habet: μὴ ἐπὶ πλέον αὐξηθῇ τὰ τῆς κακίας αὐτῶν.

Ἱερόβασις. Vid. Πρόσβασις.

Προδηλόω, *ante declaro, praesignifico*; deinde simpliciter *manifesto, edicto publico declaro.* Legitur 3 Macc. IV, 14. ἔμπροσθεν βραχὺ προδεδηλωμένη τῶν ἔργων κατάπονος λατρεία, illa paulo ante publice demandata munerum molestorum seruitus. Vid. *Polyb.* X, 46, 10.

* Προεξαποστέλλω, *antea dimitto, antemitto.* Legitur 2 Macc. XII, 21. ὁ Τιμόθεος προεξαπέστειλε τὰς γυναῖκας. — Vid. *Polyb.* III, 86, 3. XVIII, 2, 5.

Προερέω, *supra laudo*, 2 Macc. III, 28. τὸ προειρημένον γαζοφυλάκιον. ibid. IV, 1. προειρημένος Σιμων, i. q. c. IV, 23. προσημαινόμενος Σιμ. — 3 Macc. VI, 35. καθὼς προειρήκαμεν, vt supra diximus.

Προηγέομαι, *praecedo; sum dux, princeps.* Inde προηγούμενοι, *duces*, 3. Esdr. VIII, 28. vbi in hebr. Esdr. II, 2. legitur ישראל, quod Noster libere reddidit προηγούμενοι αὐτῶν.

Προθυμέομαι, cum aliis verbis junctum est interdum simpliciter *volo, opto*, vel *in eo sum;* 3 Macc. III, 17. προθυμηθέντων ἡμῶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναόν, cum vellem templum intrare.

Προκαθηγέομαι. — Προκαθηγούμενοι, *duces*, 3 Esdr. VI, 12. chald. גבריא די בראשהם, Esdr. V, 10.

Προκάθημαι, *praeses sum;* inde οἱ προκαθήμενοι *proceres, duces*, i. q. οἱ ἄρχοντες; 3 Esdr. I, 32. vbi in textu hebr. 2 Chron. XXXV, 25. שרים, quod Alexandrini verterunt ἄρχοντες.

τες. 3 Esdr. V, 63. hebr. ראשים, Esdr. 12. 3 Esdr. VIII, 28. coll. Esdr. VIII, 1. 3 Esdr. IX, 45. hebr. היה מעל, Nehe VIII, 5.

Προκαταλαμβάνω, *amplector, occupo, supuenio*, 3 Macc. II, 20. ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, i. e. celeriter nobis feras auxilium. — *occupo* ſimpliciter 1 Macc. V, 8, 11. inprimis 35, 36.

Προπράττω, *ante facio, prius ago*, legitur etiam 3 Macc. VI, 27. τὰ προπεπραγμένα παραιτησάμενοι, excuſantes ea, quae hactenus facta erant. — τα προπραχθέντα, 3 *Esdr.* I, 33. hebr. דברי הראשנים, 2 Chron. XXXV, 26.

Πρὸς, 1) cum datiuo hebr. אף, Cantic. I, 16. — pro ἐπὶ in formula: ὁ πρὸς τῇ τῶν ἐλεφάντων ἐπιμελείᾳ, qui curam habet elephantum, ἐλεφαντάρχης. Eadem formula recurrit 3 Macc. V, 1. et ibid. v. 14. ὁ πρὸς ταῖς κλήσεσι τεταγμένος. Vid. Κλῆσις. Sic *Polybius* XV, 27, 16. πρὸς τοῖς γράμμασι τεταγμένος, qui eſt ab epiſtolis.

— 2) *cum accuſatiuo*, a) *aduerſus* עם, Hoſ. IV, 1. — b) *apud*, notauit *Bielius* ſed ſine exemplis; 1 Macc. VII, 6. κατηγόρησαν τοῦ λαοῦ πρὸς τὸν βασιλέα. 2 Macc. X, 13. κατηγορ. πρὸς τὸν Εὐπάτορα. *Dio Caſſ.* p. 238. ed. *Reim.* πρὸς τὸν πατέρα παρῆν. — c) inſeruit comparationi, *relate ad, comparate*, Sir. XXIV, 19. μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός. Vid. *Munthii* obſſ. e. Diod. *Sic.* et *Raphelii* annotationes e Polyb. ad Rom. VIII, 18. —

— πρὸς σὲ τὸ πρᾶγμα, *tua eſt haec res, res poſita eſt in te*, 3 Esdr. IX, 95. in hebr. Esdr. X,

X, 4. עליו הדבר. — πρὸς τοῦτον ἐστι, *huic competit, huius eſt negotium.* 2 Macc. IV, 28. *Polybius* VI, 13, 7. πρὸς τὸν δῆμον τούτων οὐδεν ἐστι. — τὰ πρὸς αὐτούς, *ea quae poſſident, bona,* 3 Esdr. VIII, 85. in textu hebraeo Esdr. IX, 12. eſt טבים, οἱ ό: τὸ ἀγαθὸν αὐτῶν.

— πρὸς ἐπὶ τούτοις, *inſuper praeterea,* Sir. XXIX, 25. ξενιεῖς καὶ ποτιεῖς εἰς ἀχάριστα καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις πικρὰ ἀκούσῃ. *Syr.* ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ, *praeterea.*

Προσαπόλλυμι, quod 2 Macc. XII, 4. legitur, *Bielius* vertit *ſimul pereo;* ſed eſt i. q. ſimplex ἀπόλλυμι, nam *Menelaus* ſolus ibi dicitur interfectus.

* Προσβαίνω i. q. ἀναβαίνω, *adſcendo, proficiſcor,* de itineribus ad loca altiora. Legitur 3 Esdr. VIII, 1. προσέβη Ἔσδρας. *Ioſephus* in eadem re enarranda vtitur verbo ἀναβῆναι antiquit. lib. XI. cap. V. p. 560. ed. *Hau.* De montibus dicitur Iudith. IV, 7. et cap. VII, 10. προσβῆναι ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀρέων.

Πρόσβασις, *acceſſio.* Legitur etiam Iudith. IV, 7. et 3 Macc. I, 26. vbi rex Philopator templum Hieroſolymitanum ingreſſurus, multis precibus adeoque minis Iudaeorum auocatus, nihilominus introire voluiſſe legitur, quae ita dicuntur πρόσβασιν ἐποιεῖτο, i. e. irruendi periculum fecit. Denique 2 Macc. IV, 13. eſſe *Hellenismi ſtudium* bene docuit S. V. *Schleusnerus.* Sed *Bielius* hic legit πρόβασις, neſcio quo modo et iure, quum certe Edit. Rom. Ald. et Cod. Alex. legant προσβ. Quid Complutenſia h. l. habeant

 neſcio.

nescio. Sunt igitur **illa verba** *Thesa*
„Πρόβασις, *progressus*. **2 Macc. IV, 13.**“]
ne delenda.

* Προσδέω, *alligo, adstringo.* **Legitur** :
XVIII, 32. μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ, ι
δὲ προσδεθῇς συμβολῇ αὐτῆς, ne de mul
gaudeas deliciis, neque alligeris *eorum* cu
sortio. Vid. *Polyb.* X, 34, 8. *Lucian.* asin
T. II. p. 606. ed. *Reiz.* et *Stephanus* in th
sauro, vbi laudat formulam προσδεδόμενοι τρ
φῇ, deliciis adstricti i. e. iis prorsus dedi
Syrus et *Arabs pauper fieri* verterunt, ig
turque sequuti sunt spuriam Complutensium
lectionem προσδεηθῇς συμβολῆς.

Προσδοκία. Differre hoc vocabulum ab ἐλπί
δι, et significare *expectationem malorum, me
tum, anxietatem,* ex *Suida* docuit S. V
Schleusnerus in Spic. 1. et egregie confirma
tur eius obseruatio per locum Sir. XL, :
φόβος καρδίας, ἐπίνοια προσδοκίας, ἡμέρα τε
τῆς, angit homines timor cordis (curae), an
xia futurorum exspectatio et mortis *dies*
Iosephus Antiq. XVI. c. 8. p. 809. ed. *Hav.*
ἄδειαν τῆς ἀεὶ προσδοκίας ἔχειν, volebant *regem*
interficere, vt tandem liberarentur a perpe-
tuo metu. Vid. *Polyb.* I, 31, 3. *Munthii*
obss. e Diod. S. ad Luc. XXI, 26. *Elsner.*
obss. sacr. T. I. p. 274. et *Loesneri* obss. e
Philone p. 131. Sed *Thom. Mag.* in voce
Ἐλπίς haec habet: προσδοκία καὶ ἐπὶ καλοῦ,
καὶ ἐπὶ κακοῦ.

Προσέρχομαι, *accedo*, 3 Esdr. V, 68. respon-
det hebraeo נגשׁ, Esdr. IV, 2. — προσέρχ.
τῷ θεῷ i. e. Deum colere, vel in templo vel
domi. Sir. I, 27. coll. Hebr. XII. — προσέρ.
φόβῳ κυρίου, Sir. I, 30. *pietati adhaereo, ei*
de-

deditus sum. In textu hebraeo fortaſſe legebatur ילך, ſequente ב vel את, cf. Geneſ. V, 22. XXI, 2. coll. Tim. VI, 3. et *Loesneri* obſſ. e Philone p. 405. et 441. — Denique προσέρχεσθαι eſt *aggredi aliquid, velle aliquid, ſibi proponere,* Sir. II, 1. εἰ προσέρχῃ δουλεύειν. θεῷ ἑτοίμασον τὴν ψυχὴν εἰς πειρασμόν.

Προσευχὴ, *proſeucha, oratorium,* locus vbi oratur. 3 Macc. VII, 20. κατα τὸν τῆς συμποσίας τόπον προσευχῆς καθιδρύσαντες, in illo, vbi conuiuium fuerat loco proſeucham erigentes. Legendum autem puto cum *Grotio* προσευχὴν, quoniam aptiſſima eſt loco haec emendatio, et *Syrus* interpres quoque habet ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ, *domus orationis, proſeucha.* Caeterum vid. Act. XVI, 13. et ibi interpretes.

Προσῆκον, *decens propter praecepta,* 3 Esdr. V. 51. ὡς προσῆκον ἦν, hebr. כמשפט, Esdr. III, 14.

* Προσηλόω, *clauis affigo;* deinde *affigo, alligo* ſimpliciter. Legitur 3 Macc. IV, 9. τοῖς ζυγοῖς τῶν πλοίων προσηλώμενοι (κατὰ) τοὺς τραχήλους. *Heſychius:* προσήλωσαν· προσέπηξαν. Vid. Coloſſ. II, 14. et ibidem *Munthii* obſſ. e Diod. Sic. coll. *Lucian.* Prometh. T. 1. p. 186. et p. 205. ed. *Reiz.*

Προσκαλέομαι θάνατον, Iob. XVII, 14. Egregius locus parallelus eſt Sap. I, 16. ἀσεβεῖς ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς λόγοις προσεκαλέσαντο αὐτὸν (ſcl. θάνατον) i. e. tropo remoto, impii ſua impietate interitum ſibi parant.

Προσκύνησις, *adoratio,* legitur quoque 3 Macc. III, 7.

Προσπίπτω, *peruenio, annuntior;* addo Macc. IV, 1. πάντῃ δὲ ὅπου προσέπιπτε τοῦ τὸ πρόσταγμα. *Polyb.* V, 101, 3. ἡ Φημ προσπίπτει αὐτοῖς, quod *Ioſeph.* de bell. I. c. 16. p. 186. dixit ἐμοὶ διαπίπτει ὁ λόγος. - 3 Esdr. VIII, 8. προσπεσόντος τοῦ γραφέντ προστάγματος, hebr. כשתיב אשר נתן, *epiſto lam, quam dedit,* Esdr. VII, 11. — ὁ τὰ προσπίπτοντα, 3 Esdr. II, 17. i. e. *qui qua accidunt narrare debet, ſcriba.* Appellatu ita *Rhathymus,* qui in textu chaldaeo Esd IV, 9. dicitur *Rachum,* בעל—טעם, quiqu a *Ioſepho* antiq. lib. XI. cap. 2. p. 549. ed *Hauerc.* appellatur Ῥάθυμος ὁ πάντα τὰ πραττόμενα γράφων. — 3 Esdr. *II,* 25. γρά- φων τὰ προσπίπτοντα, chald. בעל—טעם Esdr. IV, 17. e quo poſteriori loco, vt etiam e Ioſephi verbis intelligitur in priori loco ex- cidiſſe γράφων vel ſupplendum eſſe eſſe ἐπὶ. *Vulgat. ab accidentibus; Syrus* eodem modo.

Πρόσταγμα, *lex moſaica.* Tob. I, 6. καθὼς γέγραπται παντὶ τῷ Ἰσραὴλ ἐν προστάγματι αἰωνίῳ. coll. Baruch. IV, 1. Sir. I, 5. — *ſententia, mandatum,* 3 Esdr. VII, 4. chald. טעם, Esdr. VI, 14. — *ſcriptum, epiſtola* qua aliquid mandatur, 3 Esdr. VIII, 8. chald. נשׁתון, Esdr. VII, 11.

Πρόσταξις, quod e loco 2 Macc. IX, 16. ad- fert *Bielius,* ibi non niſi in cod. Alex. et edit. Compl. legitur. Alii σύνταξις.

Προστάσσω, *praecipio, mando,* 3 Esdr. VI, 23. chald. שׂוּם טעם, Esdr. VI, 1. Vid. Συν- τάσσω.

Προστάτης, *praefectus,* 3 Esdr. II, 12. in hebr. Esdr. I, 9. נשׂיא.

Προσ-

Προσφέρομαι σπουδὴν, Prol. Sir. *adhibeo diligentiam*; ibid. προσφέρομαι ἀγρυπνίαν. *Polybius* I, 8, 11. πᾶσαν σπουδὴν καὶ μηχανὴν προσφερόμενος. — Deinde *feror ad aliquid studio* vel *desiderio*, de cibis, *capio*; Sap. XVI, 21. *manna*, τῇ τοῦ προσφερομένου ἐπιθυμίᾳ ὑπηρετῶν πρὸς ὅ τις ἐβούλετο μετεκιρνᾶτο. — *Iosephus* de bello jud. l. V. c. 10. p. 552. προσφέρεσθαι τροφῆς, cibum sumere. *Xenoph. memorab.* lib. III. c. 11. ὁρᾷς, ὅτι καὶ τῶν βρωμάτων τὰ ἥδιστα, ἐὰν μέν τις προσφέρηται, πρὶν ἐπιθυμεῖν, ἀηδῆ φαίνεται.

Προσφωνέω, *notum facio, significo literis*, 3 Esdr. II, 21. Sic bene S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 1. Nam in textu chaldaeo Esdr. IV, 14. est הוֹדַע, Alexandrini: γνωρίζειν. *Iosephus*, eandem epistolam exhibens, habet γράψαι σοι, βασιλεῦ. — Προσφωνεῖν τινι. 3 Esdr. VI, 22. *rescribo, respondeo*, chald. ישלח עלינא, *mittetur vobis*, Esdr. V, 11. Sic etiam ἀντιφωνεῖν 1 Macc. XII, 18. est *rescribere, literis renunciare*. Est vero etiam simpliciter *proloqui, dicere*, 2 Macc. XV, 15. vbi autem non sine emphasi dicitur. coll. Act. XXI, 40.

Πρόσωπον, interdum redundare, quod jam S. V. *Schleusnerus* in Spicil. 2. monuit, clarissime docet locus Sir. XIX, 11. ἀπὸ προσώπου λόγου ὠδινήσει μωρὸς, ὡς ἀπὸ προσώπου βρέφους ἡ τίκτουσα, a re quae occultanda est vexatur stultus, vt grauida a foetu. Vid. etiam Iudith II, 5. vbi ἐκ προσώπου μου est *a me*. et ibid. v. 14. et c. I, 7. — Deinde *auctoritatem, honorem* denotare, e formula λαμβάνειν πρόσωπον, satis notum est, possuntque inde illustrari verba, quae 2 Macc. XIV, 24. leguntur:

tur: *Nicanor* εἶχε τὸν Ἰούδαν διαπαντὸς ἐν προσώπῳ, semper Iudae propensus erat, amore et honore eum adficiebat. *Vulgatus*: *habebat Iudam semper charum ex animo; Syrus* ܘܐܚܝܕ ܗܘܐ ܠܗ ܠܝܗܘܕܐ ܒܚܘܒܐ ܣܓܝܐܐ, et *amplexus est Iudam magno amore.*

Προφαίνομαι, 2 Macc. III, 26. *Bielius*: *ante appareo;* sed ibi est *appareo* simpliciter, i. q. φαίνω. Quare etiam *Vulgatus* bene: *apparuerunt.*

Προφέρω, *in medium profero, apporto*, Tob. IX, 6. — Deinde vt Latinorum *profero* de sermone dicitur, et est *dico*. 3 Macc. VII, 11. προφερόμενοι τοὺς τὰ θεῖα παραβεβηκότας προστάγματα, μηδέποτε εὐνοήσειν μηδὲ τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν. 3 Macc. V, 39. προεφέροντο τάδε, haec loquuti sunt. In vtroque loco vero verti potest etiam *exprobrare, objicere;* de qua verbi notione vid. *Reiskius* in indice Demosth. *Hesychius*: πρόφερε· ὀνείδιζε.

Προφητεῖαι, *libri a prophetis scripti*, Prolog. Sir. ὁ νόμος, καὶ αἱ προφητεῖαι καὶ τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων.

Προφήτης, *quicunque cum Deo arctius est conjunctus, amicus Dei, cui Deus fauet;* Tob. IV, 12. υἱοὶ προφητῶν ἐσμὲν, Νῶε, Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ κ. τ. λ.

Πρωϊνός. — τὸ πρωϊνὸν, *mane*. 3 Esdr. I, 11. καὶ οὕτως τὸ πρωϊνὸν, haec ante meridiem peragebantur; in textu hebraeo 2 Chron. XXXV, 12.

12. לַבֹּקֶר, quod noster, vt Alexandrini, qui vertunt τὸ πρωΐ, legit לבקר.

Πτῶμα, *cadauer*. Addo Sap. IV, 18. *Phrynichus* quidem vult addendum esse νεκροῦ; sed praeter *Diod. Sic.* p. 486. D. ed. *Rhodom.* (vid. *Munthii* obss. e. Diod. S. ad Matth. XXIV, 28.) legitur etiam sine illo additamento apud *Euripid.* Orest. v. 1196. Ἑλένης πτῶμα ἰδὼν ἐν αἵματι. Vid. *Fischeri* proluss. de V. Lexx. N. T. p. 657. et *Loesneri* obss. e Phil. p. 55.

Πυνθάνομαι, *interrogo, sciscitor*, 3 Esdr. VI, 11. (vbi v. 12. est ἐπερωτᾶν) respondet chaldaeo שְׁאֵל, Esdr. V, 9.

Πυριφλεγὴς, *igne flagrans*, occurrit etiam 3 Macc. III, 29. vbi est *igne incensus, combustus* i. e. *desertus*; πᾶς δὲ τόπος ἄβατος καὶ πυριφλεγὴς γενέσθω.

Πυρόομαι, *incendor*; deinde *acerbissime affligor*, 3 Macc. IV, 2. στεναγμοῖς πεπυρωμένης τῆς αὐτῶν πάντοθεν καρδίας, suspiriis cordis eorum undique acerbissime afflicti. coll. 1 Corinth. VII, 9.

Ρ.

Ῥέω, *abundo* (proprie sensu hiphilico fluere facio); ῥέων γάλα καὶ μέλι, Sir. XLVI, 8. Bar. I, 20.

Ῥίζα, sensu translato significat 1) *originem, ortum, initia*; Sir. I, 6. ῥίζα σοφίας τίνι ἀπεκαλύφθη; coll. v. 4, 8, 9. — Deinde 2) *caussam efficientem*, qua aliquid oritur, Sap. XV, 5. εἰδέναι τὸ κράτος σοῦ ῥίζα ἀθανασίας, te potentissimum (i. e. solum verum Deum) cognoscere et colere, causa est immor-

mortalitatis. *Arabs* in vtroque loco vſus eſt verbo أصل, quod et *originem, principium, elementum* denotat. coll. 1 Tim. V, 10. — 3) *reſiduum, reliquias,* vt radix, caeſa arbore, in terra relinquitur et nouum gignit ſurculum, 3 Esdr. VIII, 78. καταλειφθῆναι ἡμῖν ῥίζαν καὶ ὄνομα ἐν τῷ τόπῳ ἁγιάσματός σου, relictum nobis eſſe reſiduum quoddam, hebr. פליטה, *euaſio,* i. e. pauca gentis pars, Esdr. IX, 8. — et iterum 3 Esdr. VIII, 87. 89. coll. Esdr. IX, 13. 15. — 4) Inde denotat etiam *prolem,* Sir. X, 15. Sap. III, 15. vid. Πόνος. — 5) adeoque *ſtirpem, familiam,* e qua poſteri vt arbor cum frontibus progerminant, Tob. V, 14. ἐκ ῥίζης καλῆς εἶ, ἀδελφε, nobili familia oriundus es; et ibid. cap. V, 14. quod antea v. 13. dixerat ἐκ τῆς καλῆς καὶ ἀγαθῆς γενεᾶς. — 6) Denique *ſtatus proſper, firma felicitas,* quoniam arbor quae multas et altas egit radices, firmiter eſt poſita; Sap. I, 15. Vid. Δίδωμι (coll. Matth. XIII, 21. Marc. IV, 17. Luc. VIII, 13.). Sir. XXIII, 25. οὐ διαδώσουσι τὰ τέκνα αὐτῆς εἰς ῥίζαν.

Ῥοΐσκος, *malum punicum effigiatum.* Legitur etiam Sir. XLV, 9. ῥοΐσκοι χρυσοῖ, mala aurea quae de fimbria talaris pendebant. Vulg. *tintinnabula.* Vid. *Ioſephus* antiq. l. III. c. 7. p. 142. ed. *Hauerc.*

Ῥώμη, *vis, potentia, robur,* legitur etiam 3 Macc. II, 4. γιγάντες ῥώμῃ πεποιθότες. et ibid. cap. III, 14.

Σ.

Σαφῶς, i. q. ἀληθινῶς, *certe, vere, manifeste*, 3 Macc. IV, 9. συνέβη σαφῶς αὐτὸν περὶ τούτου πεισθῆναι. *Lucian*. Saltat. T. II. p. 315. ἐδήλωσεν τοῦτο σαφῶς. *Dionyſ. Hal*. T. V. p. 450. ed. *Reisk*. σαφῶς εἰδώς.

Σημαίνω, 3 Esdr. II, 4. recte interpretatus eſt S. V. *Schleusnerus* (in Spic. I.) *jubeo, praecipio*; nam in textu hebraeo 2 Chron. XXXVI, 23. leguntur פקד על, quod etiam ſignificat, *commendo, injungo*, et Alexandrini verterunt ἐνετείλατο. Sed graecus interpres Esdrae cap. I, 2. vbi eadem leguntur, vertit ἐπισκέπτειν. — Deinde *recenſeo, nominatim recenſeo*, vel *nominatim ſcribo*, 3 Esdr. VIII, 49. πάντων ἐσημάνθη (in Alexandr. ὠνομάσθη ex interpretamento) ἡ ὀνοματογραφία, recenſebantur omnium nomina; in textu hebraeo Esdr. VIII, 20. נקבו בשמות, nominatim recenſiti ſunt. Nam נקב h. l. in prima ſignificatione accipiendum eſſe videtur, qua denotat *figere* ſcl. ſtylo.

Σημεῖον, notat quoque *documentum, argumentum*, Sap. V, 13. ἀρετῆς σημεῖον οὐδὲν ἔχομεν δεῖξαι. coll. 2 Cor. XII, 12. — *portentum*. Addo Sir. XLIII, 6. vbi luna appellatur σημεῖον αἰῶνος, i. e. quae portendat futura. Bene enim P. R. *Lidius* ad h. l. monet, Siracidem reſpicere ad ea, quae ſaepius de portentis in lunae mutationibus conſpicuis, dixerint prophetae v. c. Ieſ. XIII, 10. Ez. XXII, 6. coll. Sir. XLII, 18.

Σήπομαι, proprie *corrumpor*; deinde etiam *corruptioni ſum obnoxius*, φθαρτός εἰμι, *fragilis*

gilis ſum; Sir. XIV, 19. πᾶν ἔργον σηπόμενον ἐκλείπει. Vulgatus: corruptibile.

* Σθένω, poſſum, valeo. Legitur 3 Macc. III, 8. βοηθεῖν οὐκ ἔσθενον. Heſych. Σθένει· δύναται.

* Σίαλος, porcus ſaginatus. Sir XXVI, 21. γυνὴ μισθία (meretrix) ἴση σιάλῳ λογισθήσεται. Heſychius Σίαλος· σίελος, ἀφρὸς, πτύελος. — Leguntur illa verba in Complut.

Σκεπὴ, proprie tegumentum, deinde idem quod σκηνὴ, habitatio, domus, Sir. XXIX, 22. κρείσσων βίος πτωχοῦ ὑπὸ σκεπὴν δοκῶν — ſub domo lignea.

Σκεύη, τὰ, vaſa ſacra. Iudith. IV, 3.

Σκηνὴ, receptaculum, vel potius templum, Esdr. VIII, 28. Alter interpres graecus 3 Esdr. VIII, 59. vertit παστοφόριον, gazophylacium.

Σκήνωμα, habitatio, 3 Esdr. I, 50. hebr. מעון, 2 Chron. XXXVI, 15.

Σκιὰ, tutela, Bar. I, 12. ζησώμεθα ὑπὸ τὴν σκιὰν Ναβουχδονόσορ.

Σκληρὸς, 3 Esdr. II, 27. chald. תקיף, durus. Esdr. IV, 20.

* Σκληρυσμὸς, durities; deinde crudelitas, ſaeuitia, i. q. σκληρία. Legitur Sir. X, 22. in Compl. ἐκβολὴ ἀρχῆς σκληρυσμὸς καὶ ὑπερηφανία, interitum imperii accerſunt crudelitas et ſuperbia.

Σκόλιος, tortuoſus, inflexus. Addo Sap. XVI, 5. σκόλιοι ὄφεις, vel ſerpentes tortuoſi, i. e. qui in eo ſunt vt inſiliant, vel ad indolem transferri poteſt: ſerpentes doloſi, inſidioſi.

Σκοπία, ſpecula. — ἡμέρα σκοπιᾶς, Sir. XL, 6. dies ſpeculae, i. e. plena lux, dies clara. Lindius vertit: bei hellem Tage. Verba ſunt:

sunt: ἐν ὕπνοις ὡς ἐν ἡμέρᾳ σκοπιᾶς. Deest hic versus in syra et arab. vers. *Vulgatus: in die respectus. Grotius* legere mauult σκοπιάσει, *in somno non minus quam per diem speculatur* i. e. variis agitatur cogitationibus. Sed hebraeum מצפה hic illustrandum, est per arab. مصفى, quod *serenum, defaecatum, clarum* denotat, et de die dicitur v. c. Exod. XXVII, 20. Leu. XXIV, 2.

Σκότος, tropice *mors*, θάνατος, vel locus vbi mortui versantur. Tob. XIV, 10. ἐκ τοῦ φωτὸς ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὸ σκότος, i. e. interfecit illum. — Deinde *tristissima impiorum in altera vita sors*, Sap. XVII, 21. βαρεῖα νὺξ, εἰκὼν τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς διαδέχεσθαι σκότους. Vid. *Fischeri* proluss. de Vitt. Lexx. N. T. p. 97.

Σκύθαι, 1) *Scythae;* deinde βάρβαροι, *inculti, saeui, crudeles*. 2 Macc. IV, 47. οἵτινες εἰ καὶ ἐπὶ Σκυθῶν ἔλεγον, ἀπελύθησαν ἂν ἀκατάγνωστοι, qui etiamsi apud Scythas caussam dixissent, innocentes judicati essent. Vid. Coloss. III, 11. et *Lucian*. T. II. p. 514. ed. *Reiz*. — Legitur etiam eodem sensu 3 Macc. VII, 5. quem locum vid. in Νόμος.

Σκυλμὸς, *vexatio*. Addo 3 Macc. III, 25. μετὰ σκυλμῶν, duro modo. Ibid. IV, 6. VII, 5.

Σκώληξ, *vermis qui cadauera rodit*, vid. *Schleusneri* Spic. 2. deinde *putredo, interitus;* 1 Macc. II, 62. ἡ δόξα αὐτοῦ εἰς κοπρίαν καὶ εἰς σκώληκας.

Σπα-

Σπαράττω, in propria significatione *lacerandi* legitur 3 Macc. IV, 6. virgines θρῆνον ἐξῆρχον ὡς ἐσπαραγμέναι σκυλμοῖς ἀλλοεθνέσι — tanquam laniatae a gentilium vexationibus.

Σπάταλος, *luxuriosus*, legitur quoque Sir. XXI, 15.

Σπεύδειν, *auide desiderare*. Addo 2 Macc. IV, 14. *sacerdotes* ἔσπευδον μετέχειν, auide quaerebant partes agere in lucis graecis.

Σπονδεῖον, *vas ad libandum*. 3 Esdr. II, 12. vbi σπονδεῖα respondet hebraeo אגרטלים *peluis, patera*, Esdr. I, 9. quod Alexandrini ψυκτῆρες verterunt.

Σπονδή, *libatio libamen*. 3 Esdr. VI, 31. σπονδαὶ respondet chaldaeo נחוחין, Esdr. VI, 10. *odoramenta grata et suauia*.

Σπουδή, significat etiam *diligentiam, studium, sedulitatem*; Prolog. Sir. *adhibere* σπουδὴν καὶ φιλοπονίαν *in libro vertendo*. *Polyb.* I, 46, 2. σπουδὴν ποεῖσθαι περί τι, operam dare. *Dionys. Halic.* T. V. p. 149. ed. *Reisk.* σπουδὴν ἔχειν, curam adhibere. coll. 2 Cor. VIII, 16. 2 Petr. I, 5.

Στάθμος, *bilanx*; deinde id quod bilance adhibita cognoscitur, *pondus — pretium*. Sir. XXVI, 16. οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς, nihil est aequiparandum homini reprimenti cupiditates. Quod hic σταθμὸς dicitur, vers. 15. appellabatur ἀντάλλαγμα. *Vulgatus: ponderatio*. Leguntur haec in Compl. Aug. et Vulg.

Στέγη, *tectum*, 3 Esdr. VI, 4. chald. אשרנא, *murus*, Esdr. V, 3. In vtroque loco est pars pro toto.

Στελλομαι, *paro me ad aliquid faciendum, suscipio*, Sap. XIV, 1. vbi *Bielius* verba πλοῦν τις

τις πάλιν στελλόμενος male vertit: *ad nauigandum quispiam iterum separans;* sed potius est: se parans, atque sine dubio b. *Biel.* scripsit *se parans.* Sic *Polybius* IX, 24, 4. στέλλεσθαι τὴν πορείαν, parare iter.

Στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, Cant. tr. puer. v. 33. — στερέωμα τῆς καθαριότητος, *firmamentum serenum, aether purus,* Sir. XLIII, 1. — Denique, *locus munitus, firmum praesidium,* 3 Esdr. VIII, 81. ἐγεῖραι τὸν ἔρημον Σιὼν, δοῦναι ἡμῖν στερέωμα ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. In textu hebraeo Esdr. IX, 9. est גדר, *murus, locus muro obfirmatus,* quod οἱ ό verterunt φραγμός.

Στέφανος, *corona;* deinde quod formam habet coronae, *circulus,* Sir. L, 12. κυκλόθεν αὐτοῦ στέφανος ἀδελφῶν, vbi est i. q. κύκλος adjuncta notione praestantiae et decoris. — Porro *id quod summum et perfectum est,* vid. *Schleusneri* Sp. I. Addo Sir. I, 11, 16. στέφανος ἀγαλλιάματος, *summa laetitia.* coll. v. 18. — Denique *aurum coronarium,* vid. *Schleusneri* Spic. 2. Addo 1 Macc. XI, 35. καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀνήκοντα ἡμῖν ἀπὸ τοῦ νῦν τῶν δεκάτων — καὶ τοὺς ἀνήκοντας ἡμῖν στεφάνους. Sic etiam *Polybio* XXII, 17, 4. στέφ. est pecuniae summa, loco coronae, honoris et officii causa oblata victoribus et rerum dominis. Vid. ibid. *Schweighaeuserum,* et quae loca laudauit in Lexico Polyb.

Στολίζομαι, proprie *veste me induo,* vel *illa sum indutus, accingo me.* Deinde, vt verba cingendi, est *paro me,* vel *paratus, instructus sum;* sic 3 Esdr. I, 2. ἱερεῖς κατ' ἐφημερίας ἐστολισμένοι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ κυρίου· nam in textu hebraeo 2 Chron. XXXV, 2. leguntur ויחזקם לעבות, *promtos eos esse jussit ad ministerium.*

sterium. Non autem nego, interpretem graecum fortasse τὸ פִּתְחָה accuratius voluisse definire, ita vt ἐστολισμ. sit vertendum: veste festiua induti, et sic jam parati ad sacra administranda. Eodem modo legitur 3 Esdr. VII, 9. ἐστολισμένοι ἐπὶ τῶν ἔργων κυρίου. et 3 Esdr. V, 59. ἐστολισμένοι μετὰ μουσικῶν καὶ σαλπίγγων, vbi in textu hebr. Esdr. III, 10. est מְלֻבָּשִׁים. *Iosephus* antiquit. lib. XI, cap. IV. p. 556. edit. *Hau.* μετὰ σαλπίγγων οἱ ἱερεῖς ταῖς συνήθεσι στόλαις κεκοσμημένοι.

Στόμα i. q. λόγος, *sermo;* saepius, v. c. Sir. XXVII, 23. — Deinde vt πρόσωπον, interdum redundat. Sir. XX, 20. ἀπὸ στόματος μωροῦ ἀποδοκιμασθήσεται παραβολή, stultus improbat scite dicta. Sir. XIII, 24. ἀγαθὸς ὁ πλοῦτος — καὶ πονηρὰ ἡ πτωχεία ἐν στόματιν ἀσεβοῦς, impio paupertas malum esse videtur.

* Στοργή, *amor.* Legitur 3 Macc. V, 32. ἡ τῆς συντροφίας στοργή, amor, quo aliquem ob communem educationem amplectimur. *Hesychius:* Στοργή· φιλία, ἀγάπη.

Στοχάζομαι, quoque significare *misereor*, docuit *Bielius* in thesauro, et in eadem notione legitur illud verbum Sir. IX, 14. κατὰ τὴν ἰσχύν σου στόχασαι τοὺς πλησίον, quantum potes miserere aliorum i. e. opitulare iis. Syrus ibi bene vertit ܥܕܪ, *opitulatus est;* *Arabs* نفع, *opem tulit.*

Στράτευμα πολέμου, *expeditio* vel *res militaris,* Iudith. XI, 8. vbi Holofernes dicitur θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου, quae *Syrus* vertit: ܚܝܠܬܢ ܒܩܪܒܐ, *potentissimus in bello.*

Στρε-

Στρεβλόομαι, proprie *torqueo detorqueor; deinde de homine qui tormentis cruciatur;* 3. Macc. IV, 14. στρεβλωθέντας αἰκίαις τὸ τέλος ἀφανίσαι, tormentis cruciatos interficere. *Dio Caſſ.* στρεβλωθεὶς πάσαις βασάνοις. et ſaepius apud *Polybium* v. c. II, 59, 1. *Ioſeph.* de bell. l. VII. c. 8. p. 430. ed. *Hau.* στρεβλούμενοι, καὶ πυρὶ καὶ μάστιξιν αἰκιζόμενοι, τεθνήκασιν.

Στυγέω, *odio habeo, ſperno.* Addo 3 Macc. II, 31.

Στύλος, πυριφλεγής, Sap. XVIII, 3. — Notat etiam quoduis *fulcrum* quo nitimur. Sir. XXXVI, 24. vbi vxor bona apppellatur στύλος ἀναπαύσεως mariti. cf. Ῥάβδος.

Συγγένεια, proprie *cognatio,* deinde *intima familiaritas, arctiſſima coniunctio, amicitia.* Sap. VIII, 17. ἐστὶν ἀθανασία ἐν συγγενείᾳ σοφίας, καὶ ἐν φιλίᾳ αὐτῆς τέρψις ἀγαθή. — *Ioſephus* de bell. Iud. l. IV. c. 9. p. 301. ed. *Hau.* διὰ συγγένειαν ἠθῶν.

* **Συγγηράσκω**, *conſeneſco.* Legitur Sir. XI, 16. τοῖς γαυριῶσιν ἐπὶ κακὰ συγγηρᾷ κακία. Leguntur haec in Complut. in cod. Aug. *Hoeſchelii* et in verſſ. Vulg. Syr. et Ar.

Συγχαίρω, proprie *vna gaudeo, collaetor; gratulor, congratulor.* Ita legitur 3 Macc. I, 8. ἐπὶ τοῖς συμβεβηκέσι συγχαρησομένους, *de feliciter geſtis congratulaturi.* Syrus ܡܣܪܘܬܐ ܣܒܪܬܗ, *gaudium* (interpres latin. in Bibl. Polygl. Lond. *gratulatio de victoria.* In cod. Alex. legitur χαρησομένους, ſed male; Baſileenſes (ab ao. 1545. et 1550.) habent συγ-

συγχωρησαμένους, qua lectione quoque commendatur συγχαρησ. quod eſt in Vaticano.

Συμβαίνω i. q. ἀναβαίνω, *aſcendo, proficiſcor*, 3 Esdr. I, 25. συνέβη, hebr. עלה, 2 Chron. XXXV, 20. — τὰ συμβαίνοντα πάντα ἡμῖν, *quae nobis accidunt, eueniunt*, 3 Esdr. VIII, 86. hebr. כל הבא עלינו, LXX: πᾶν τὸ ἐρχόμενον ἐφ ἡμᾶς.

Συμβίωσις, *contubernium, familiaritas, conſuetudo*. Vid. *Schleusneri* Spic. 2. Addo locum inſignem Sap. VIII, 16. vbi idem eſt quod συναναστροφὴ in eodem verſu, et quod συγγένεια et φιλία verſ. 17, 18. *Syrus* ܙܘܘܓܐ, *conſortium*, ſ. *concubitus*. coll. *Polyb*. XXXII, 11, 10.

Σύμβολον, *augurium, omen*. Addo Sap. XVI, 6. vbi ſerpens aheneus, a Moſe in deſerto erectus, appellatur σύμβολον σωτηρίας, quia ſanabantur ſi illum aſpexerint aegroti. Sic *Demoſthen*. σύμβολον ποιεῖσθαι τῆς σωτηρίας.

Συμβουλευτὴς, *conſiliarius*. — συμβουλευταὶ καὶ φίλοι, 3 Esdr. VIII, 11. quibus verbis reſpondet chaldaeum יעטין, *conſiliarii*, Esdr. VII, 14. quod v. 13. vertit ſimpliciter φίλοι.

Συμβουλεύω μετά τινός, viuo cum aliquo in conſiliorum familiaritate. Sir. VIII, 17. μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου, οὐ γὰρ δυνήσεται λόγον στέξαι. *Polyb*. II, 46, 2. συμβουλεύεσθαι τινι, conſilia cum aliquo communicare.

Συμβραβεύειν, *ſimul ſum judex et moderator in certaminibus; deinde* ſimul *moderor, judico* ſimpliciter. Sic 3 Esdr. IX, 14. vbi in

Στρεβλόομαι, proprie *torqueo detorqueor;* deinde de homine qui *tormentis cruciatur;* 3. Macc. IV, 14. στρεβλωθέντας αἰκίαις τὸ τέλος ἀφανίσαι, tormentis cruciatos interficere. *Dio Caſſ.* στρεβλωθεὶς πάσαις βασάνοις. et ſaepius apud *Polybium* v. c. II, 59, 1. *Ioſeph.* de bell. l. VII. c. 8. p. 430. ed. *Hau.* στρεβλούμενοι, καὶ πυρὶ καὶ μάστιξιν αἰκιζόμενοι, τεθνήκασιν.

Στυγέω, *odio habeo, ſperno.* Addo 3 Macc. II, 31.

Στύλος, πυριφλεγής, Sap. XVIII, 3. — Notat etiam quoduis *fulcrum* quo nitimur. Sir. XXXVI, 24. vbi vxor bona apppellatur στύλος ἀναπαύσεως mariti. cf. Ῥάβδος.

Συγγένεια, proprie *cognatio,* deinde *intima familiaritas, arctiſſima coniunctio, amicitia.* Sap. VIII, 17. ἐστὶν ἀθανασία ἐν συγγενείᾳ σοφίας, καὶ ἐν φιλίᾳ αὐτῆς τέρψις ἀγαθή. — *Ioſephus* de bell. Iud. l. IV. c. 9. p. 301. ed. *Hau.* διὰ συγγένειαν ἠθῶν.

* **Συγγηράσκω**, *conſeneſco.* Legitur Sir. XI, 16. τοῖς γαυριῶσιν ἐπὶ κακὰ συγγηρᾷ κακία. Leguntur haec in Complut. in cod. Aug. *Hoeſchelii* et in verſſ. Vulg. Syr. et Ar.

Συγχαίρω, proprie *vna gaudeo, collaetor; gratulor, congratulor.* Ita legitur 3 Macc. I, 8. ἐπὶ τοῖς συμβεβηκέσι συγχαρησομένους, *de feliciter geſtis congratulaturi.* Syrus ܚܕܘܬܐ ܙܟܘܬܗ, *gaudium* (interpres latin. in Bibl. Polygl. Lond. *gratulatio de victoria.* In cod. Alex. legitur χαρησομένους, ſed male; Baſileenſes (ab ao. 1545. et 1550.) habent συγ-

Σύμπας, omnis, vniuersus. In versione Alex. respondet hebraeo כל Eccles. I, 14. quem locum ignorant Concordantiae et Bielius; praetereaque legitur 2 Macc. III, 12. VII, 38.

Συμπείθω, non solum *simul persuadeo*, sed etiam *persuadeo* simpliciter. Ita 3 Macc. VII, 5. τῶν φίλων τινὲς συνέπεισαν ἡμᾶς.

Συμπεριφέρομαί τινι, significat etiam *me ad alium accommodo, ei cedo amicitiae caussa;* 3 Macc. III, 20. ἡμεῖς δὲ τῇ τούτων ἀνοίᾳ συμπεριενεχθέντες, nos vero accommodantes hos ad horum stultitiam. Sir. XXV, 2. γυνὴ καὶ ἀνὴρ ἑαυτοῖς συμπεριφερόμενοι; Syrus ܟܕ ܫܠܝܢ ܗܘܘ, *quando sunt pacifici, concordes.* Valet eadem verbi notio Prou. XIII, 21. *Stephanus* in thes. affirmat „συμπεριφ. dici de eo, qui ad rem aliquam faciendam sinat se abduci precibus aut etiam solo exemplo alicuius. Sumtam vero esse metaphoram ab iis, qui cum sint vna cum aliis, qui circumagantur, eidem motui se permittant." Hinc qui comes sunt et sociabiles dicuntur εὐσυμπερίφοροι, testante *Grotio* ad 2 Macc. IX, 27. quem vid.

Συμπλήρωσις, *impletio*, de tempore 3 Esdr. I, 58. vbi in hebr. 2 Chron. XXXVI, 21. legitur מלאות.

* Συμπόνος vid. Συμπότης.

Συμπορεύομαι, *vna proficiscor*, 3 Esdr. VIII, 10. συμπορευέσθαί σοι, chald. עמך יהך, *tecum abeat*, Esdr. VII, 13.

* Συμπότης, *compotor*; deinde *flagitiorum et libidinum quarumcunque socius.* Sic legitur 3 Macc. II, 25. „impietate crescens διὰ δὲ τῶν προαποδεδειγμένων συμποτῶν καὶ ἑταίρων τοῦ

πάντος

πάντος δικαίου κεχωρισμένων, propter ſupra laudatos luxuriae ſocios et amicos, a quouis honeſto alienos. *Demoſth.* 1267, 13. ed. *Reisk.* συμπόται ὄντες αὐτοῦ καὶ πολλῶν τοιούτων ἔργων κοινωνοί. Vid. etiam *Phrynich.* p. 214. Aldina et Complut. pro συμποτῶν perperam legunt συμπόνων, quod ne graecum eſſe videtur.

Συμφεύγω, 1 Macc. X, 84. eſt idem quod ſimplex φεύγω, *fugio*, vt apud *Polybium* IV, 64, 8. συμφεύγειν εἰς τὰς πόλεις.

* Συμφρονέω, *idem ſentio, conſentio, vnum conſilium ineo.* Legitur 3 Macc. III, 2. ἀνθρώποις συμφρονοῦσιν εἰς κακοποίησιν. *Ioſeph.* antiq. l. XVIII. c. II. p. 875. ed. *Hav.* συμφρονήσαντος αὐτῷ τοῦ πλήθους τῶν Πάρθων.

Σύμφυτος i. q. ἔμφυτος (Sap. XII, 10.) *innatus*; 3 Macc. III, 22. τῇ συμφύτῳ κακοηθείᾳ τὸ καλὸν ἀπωσάμενοι, pro innata ipſorum malignitate bonum auerſantes. Syrus ܢܨܝܒܐ ܒܗܘܢ, *iis inſita.* *Sopater* ap. *Stobaeum*, orat. 46. σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις.

Συμφύω, *vna naſcor, connaſcor*, Sap. XIII, 13. *Haec Bielius.* Sed videtur h. l. ſignificare *inoleſco, implicor, coaleſco*, noſtrum verwachſen, in einander wachſen; ξύλον σκολιὸν καὶ ὄζοις συμπεφυκὸς, lignum tortuoſum, quod inoleuit ita vt nodoſum redderetur. Sic *Xenophon* in Cyrop. l. IV. c. 3. συμφύεσθαι vſurpat de centauris quorum corpus ex equino et humano coaluiſſe fertur. *Lucian.* Dial. de mort. T. I. p. 404. ed. *Reiz.* εἰς ἓν συμπεφυκότες ἄνθρωπος καὶ θεός.

* Συναναβαίνω, *ſimul adſcendo, ſimul proficiſcor.* Legitur bis in 3 libro Esdrae cap. V, 3. καὶ ἐποίησεν αὐτοὺς συναναβῆναι μετ᾽ ἐκείνων. ibid. cap. VIII, 27. συναναβῆναί μοι, hebr. לעלות עמי, Esdr. VII, 28.

* Συνανάκειμαι, *vna diſcumbo cum aliis in epulo.* Legitur 3 Macc. V, 39. οἱ δὲ συνανακείμενοι συγγενεῖς.

Σύνειμι, *vna ſum, ſocius ſum.* Συνόντες 3 Esdr. VI, 2. chald. עמהון, *cum iis*, Esdr. V, 2.

Συνεκβράζομαι, *cum feruore et impetu ejicior.* *Bielius* 2 Macc. V, 8. pro συνεβράσθη, quod legitur in Vatic. et Ald. cenſuit legendum eſſe συνεξεβράσθη. Sed non opus videtur hac conjectura, quum, quod *Bielius* non notauit, codex Alexandr. et ed. Complut. legant ἐξεβράσθη, *ejectus eſt*, vt legit etiam Vulgatus: *extruſus eſt*, quod Syrus ita dixit: ܒܒܗܬܬܐ ܪܒܬܐ ܥܪܩ, *cum magna ignominia fugit.*

Συνέπομαι, *comitor.* Legitur quoque 3 Macc. V, 48. VI, 21.

Συνερίζω, *ſimul pugno.* Legitur 2 Macc. VIII, 30. *ſupra viginti millia* interfecerunt τῶν περὶ Τιμόθεον καὶ Βακχίδην συνεριζόντων, eorum qui cum Timotheo et Bacchide pugnauerant, i. e. militum Timothei et Bacchidis. οἱ περὶ τινος συνερίζοντες ſunt ergo iidem qui alibi dicuntur οἱ περὶ τινος ſimpliciter vel ὄντες, vel μαχόμενοι. Vid. Περὶ. Neque Syrus interpres neque Vulgatus hunc locum bene intellexunt; hic enim vertit: *qui cum Tim. et Bacchide erant contra ſe contendentes;* ille: *tum Timotheus et B.* ܐܬܘ ܥܠܝܗܘܢ *venerunt contra ipſos* ܘܩܛܠܘ ܡܢܗܘܢ, *et interfecerunt ex illis.*

Sed

Sed pro τῶν συνεςιζ. cod. Alex. legit τοὺς συνερίσαντες, et Aldina et Complut. συνερείσαντες, a συνερείδω, vna aliquid ago; in medio: conuenio v. c. in pugna, offendo in alium; quam lectionem *Bielius* exhibuit.

Συνέρχομαι, *accedo, simul operor, vim coniungo*, Sap. VII, 2. ἡδονῆς ὕπνῳ συνελθούσης, accedente ad concubitum voluptate. coll. Iacob. I, 14, 15.

Σύνεσις, saepius idem quod σοφία, Sir. I, 4. σύνεσις φρονήσεως i. e. σύνεσις φρονιμοτάτη, perfectissima sapientia. Vid. etiam cap. VI, 37. VIII, 12. — Deinde est *mens, animus*, i. q. νοῦς; Sap. IV, 11. μὴ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ, ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ. Sir. XLVII, 23. vbi Ierobeam appellatur ἐλασσούμενος συνέσει, *mente elatus*. Vnde etiam factum est, vt σύνεσις denotaret conscientiam, v. c. apud *Polyb.* XVIII, 26, 13. ἡ ταῖς ἑκάστων ψυχαῖς ἐνοικοῦσα σύνεσις (i. e. συνείδησις). Vid. ibi *Schweighaeuserus*. — Denique significat *persuasionem, sententiam animi*; Sir. V, 10. ἴσθι ἐστηριγμένος ἐν συνέσει σου, καὶ εἷς ἔστω σου ὁ λόγος, i. e. constanter sequere animi tui sententiam bene perpensam. Syrus ܪܥܝܐ, *sententia, sensus*. Sir. XXII, 17. καρδία ἡδρασμένη ἐπὶ διανοίας συνέσεως, i. q. v. 16. ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήματος βουλῆς.

Συνεταῖρος, *socius, amicus*; deinde *qui est a consiliis, consiliarius*. 3 Esdr. VI, 3. συνεταῖροι, vbi in chald. Esdr. V, 3. est כנות, *collegium*, quod Alexandrini verterunt σύνδουλοι. — Idem 3 Esdr. VI, 7. et Esdr. V, 6. In priori loco *Iosephus* (antiquit. lib. XI. c. IV. p. 557.)

557.) οἱ σὺν αὐτῷ; quibus etiam posteriori loco vtitur verbis.

Συνέχειν τι, *continere, constringere aliquid, permeare aliquid,* durchdringen; Sap. I, 7. πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, καὶ (sub. πνεῦμα) τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς. Intelligitur τὸ συνέχ. τ. πάντα respondere verbo πεπλήρωκε. Vid. Pf. CXXXIX. et Ierem. XXIII, 23 sq. Arbitratur vero Ill. *Eichhornius* haec pertinere ad σοφίαν, quae similis hic describatur, vt anima mundi a *Platone* in Timaeo (p. 8, 9. ed. Bipont. T. X.): τὰν δὲ τῷ κόσμῳ ψυχὰν μεσόθεν ἐξάψας ἐπάγαγων ἔξω, περικαλύψαι αὐτὸ ὅλον αὐτᾷ. Ceterum συνέχειν mundum Dii saepius dicuntur v. c. *Xenoph.* Cyrop. l. VIII. c. 7. θεοὶ, οἱ καὶ τὴν τῶν ὅλων τήνδε τάξιν συνέχουσαν ἀτριβῆ καὶ ἀγήρατον. Memorab. IV, 3. ὁ τὸν ὅλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων. *Philo* de vit. Mof. l. III. ὁ δὲ ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ τοῦ κόσμου πατὴρ, γῆν καὶ οὐρανὸν, ὕδωρ τε καὶ ἀέρα καὶ ὅσα ἐκ τούτων, ἕκαστον συνέχων καὶ διακρατῶν. *Athenagoras* (apud *Grotium* ad Sap. l. l.): διὰ τοῦ πνεύματος πάντα συνέχεται. Eodem sensu apud *Diog. Laërt.* in *Platone* p. 288. ed. *Caf.* dicitur συγκρίνειν· apud *Antonin.* de se ipf. l. VI. c. 29. περιέχειν. *Cicero* de nat. D. l. II. c. 11. *natura est igitur, quae contineat mundum omnem, eumque tueatur.* — Verba τὸ συν. τὰ πάντα Syrus vertit ܐܚܝܕ ܟܠܗ, *Arabs:* احيط بكل, omnia continens, παντοκράτωρ. — Deinde συνέχομαι, vt latinorum *teneor* aliqua re, est *occupor*, Sap. XVII, 20. κόσμος ἀνεμποδίστοις συνείχετο ἔργοις, reliquus mundus sine impedimento

mento negotiis suis erat occupatus. *Bielius* male vertit: *mundus continebatur vel cohaerebat.* Sic saepius dicitur συνέχεσθαι, νόσῳ, vel προθυμίᾳ. cf. Act. XVIII, 5. vbi plures codd. συνείχετο τῷ λόγῳ occupatus erat docendo.

Συνηχέω, legitur quoque 3 Macc. VI, 17. vbi significat *consono;* ὥστε αὐλῶνας συνηχήσαντας ἀκατάσχετον οἰμωγὴν ποιῆσαι, vt adeo valles consonantes perpetuum ederent clamorem (repercussum). *Dio Cass.* p. 554. ed. *Reim.* ὥστε καὶ τὰ ὄρη συνηχῆσαι.

Συνίημι, הבין, *recognosco, recenseo,* Esdr. VIII, 15. Vid. Καταμανθάνω.

Συνίστημι, *excito, concito.* In loco 3 Esdr. II, 25. (συνιστάμενοι πολιορκίας) respondet chaldaeo עבר, *facio,* Esdr. II, 15. — Formula vero συνίσταμαι πόλεμον, *proelium committo, bellum facio,* 3 Esdr. I, 29. in textu hebraeo 2 Chron. XXXV, 22. respondet verbis ויבא להלחם. — Denique, vt *Bielius* notauit, significat etiam *commendare,* vt et Sap. VII, 14. διὰ τὰς ἐκ παιδείας δωρεὰς συσταθέντες (scl. θεῷ). Vid. *Polyb.* XXXI, 20, 9. *Dio Cass.* l. XXXVII. p. 159. ed. *Reim.* et lib. XLV. p. 806.

Σύννους, *meditabundus,* 3 Esdr. VIII, 71. σύννους καὶ περίλυπος· quibus vertit hic interpres hebraeum משומם, *attonitus,* Esdr. IX, 3.

Συνοδεύω, *comitor.* In loco Sap. VI, 23. esse videtur *socius sum* i. e. *commercium habeo, est mihi res cum aliquo;* verba enim sunt: οὐ μὴ παροδεύσω τὴν ἀλήθειαν· οὔτε μὴν φθόνῳ τετηκότι συνοδεύσω, vera dicam, neque res mihi erit cum inuidia liquescente, i. e. non inuideo

deo ſcientiam meam. Syrus ܠܐ ܐܗܠܟ ܒܚܣܡܐ, *neque ambulabo in inuidia.*

Συνοικέω μετὰ γυναικῶν vel τῇ γυναικί, de conjunctione conjugali saepius, 3 Esdr. c. VIII, 70. συνωκ. μετὰ τῶν θυγατέρων, in hebr. Esdr. IX, 2. נשאו מבנת. — 3 Esdr. IX, 36. hebr. נשאו נשים, Esdr. X, 44. — 3 Esdr. VIII, 92. IX, 7. hebr. ישב, Esdr. X, 2, 10. —

Συνοικίζομαι, de filiarum collocatione dicitur, 3 Esdr. VIII, 84. vbi eſt *colloco, in matrimonium do;* τὰς θυγατέρας ἡμῶν μὴ συνοικίσητε τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. In textu hebraeo Esdr. IX, 12. ſunt אל־תתנו, quod Alexandrini verterunt μὴ δῶτε.

Συνοικοδομέω, *vna aedifico*, 3 Esdr. V, 68. συνοικοδομήσωμεν ὑμῖν, hebr. נבנה עמכם, Esdr. IV, 2.

Σύνολον, *omnino.* Addo 3 Macc. III, 29. *Dio Caſſ.* l. XLIII. p. 367. τοσοῦτον τὸ σύνολον πλῆθος.

Συντάσσω, *praecipio, jubeo*, 3 Esdr. VI, 4. chald. שׂים טעם, mitto ſententiam i. e. *mando*, Esdr. V, 3. — οἱ (ἐπὶ) τούτοις συντασσόμενοι, 3 Esdr. II, 16. hebr. כנותו *collegium eorum*, Esdr. IV, 8.

Συντελέω, *perficio*, 3 Esdr. VII, 4. reſpondet chaldaeo שכלל, Esdr. VI, 14. — 3 Esdr. II, 27. chaldaeo עבר, Esdr. IV, 19. — 3 Esdr. I, 17. συνετελέσθη τὰ τῆς θυσίας, hebr. תכון, 2 Chron. XXXV, 16. quod LXX verterunt κατωρθώθη.

Συντηρεῖν, *retinere animo* i. e. primum: *animo infigere*, Sir. XXXIX, 2. διηγήσεις ἀνδρῶν ὀνομαστῶν συντηρήσει i. e. mente tenebit narrationes de hominibus illuſtribus; coll. Luc. II,

19. —

19. — deinde *fouere, indulgere*, Sir. XXVIII, 3. συντηρεῖν ὀργὴν, iram fouere. *Polyb.* XXXI, 6, 5. συντηρεῖν γνώμην παρ' ἑαυτῷ.

Συντρίβω, primum *contero*, deinde *conterendo consumo*, — *finem facio* simpliciter. Judith. IX, 7. σὺ εἶ κύριος συντρίβων πολέμους.

Σύντροφος, *vna educatus*; deinde *amicus, sodalis, commilito*. Legitur quoque 1 Macc. I, 6. Alexander moribundus ἐκάλεσε τοὺς παῖδας αὐτοῦ τοὺς ἐνδόξους τοὺς συντρόφους αὐτοῦ ἀπὸ νεότητος καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Vid. Act. XIII, 1, et ibi interpretes; et *Schleusneri* Spicil. 2. f. Συντροφία.

Συριγμὸς, *fibilus*, Sap. XVII, 9.

Συρίζω, *fibilo*. Sap. XVII, 18. πνεῦμα συρίζον.

Σύστασις, proprie *conftitutio*; deinde *apparatus bellicus*; denique *conjuratio, confpiratio*, quo fenfu legitur 3 Esdr. V, 73. βουλὰς δημαγωγοῦντες (vid. Δημαγωγέω) καὶ συστάσεις ποιούμενοι. Sic apud *Iofephum* antiq. l. XIV. c. 2. p. 685. ed. *Hau.* συστασιασταὶ funt homines feditiofi, factiofi. coll. *Munthii* obff. e Diod. Sic. ad Actor. XXIII, 7.

* Σφοδρῶς, *valde*. Legitur Sir. XIII, 13. πρόσεχε σφοδρῶς.

Σφραγίζω, *figno, figillo*; deinde *claudo, coërceo, reprimo*. Orat. Manaff. v. 3. ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Vid. *Schleusneri* Spicil. 2. f. Κατασφραγίζω. — *Theognis*. v. 19.

Σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω τοῖς δ' ἔπεσι.

Σφραγὶς, *figillum*. Notandus eft locus Sir. XVII, 22. ἐλεημοσύνη ἀνδρὸς ὡς σφραγὶς μετ' αὐτοῦ (fcil. θεοῦ) eleemofynam hominis vt figillum femper fecum portat, i. e. femper eft me-

memor eleemosynarum, et hominis probi, huncque amat et fouet. P. R. *Lindius* in verf. german. „Gott läſst ihn nicht aus der Acht; eben ſo wenig als ein Jude ſeinen Siegelring, den er der Sicherheit wegen auf der Bruſt trug." Vid. Cantic. VIII, 6. — Verba ἔστι ὡς σφραγὶς ἐπὶ δεξιᾶς χειρός, Sir. XLIX, 13. hoc ſibi volunt: eſt in magno honore; vel ſi ſuppletur θεοῦ ſenſus eſt: Deo eſt longe cariſſimus. cf. Hag. II, 24. et *Druſii* prouerbia ſacra Claſſ. II. l. IV. adag. 55.

Σχεδία, *ratis.* Extat etiam 3 Macc. IV, 11. et ſecundum *Grotium* eſt „locus in Aegypti parte inferiore quatuor Schoenis ab Alexandria, nauale habens, vt docet nos *Strabo* libro XVII."

Σώζω. — ὁ σωζόμενος, eſſe videtur qui ſe ſaluum et incolumem arbitratur, nihil timet ob potentiam ſuam — *potens, validus;* Sir. XXXIII, 9. Ἐν ὀργῇ πυρὸς καταβρωθήτω ὁ σωζόμενος, καὶ οἱ κακοῦντες τὸν λαόν σου εὕροισαν ἀπώλειαν· σύντριψον κεφαλὰς ἀρχόντων ἐχθρῶν κ. τ. λ. Loquitur Siracides de potentibus Iudaeorum hoſtibus, iis imperantibus. Veſtigium huius ſignificationis fortaſſe reperitur in Aquilae verſione, qui Iud. V, 13. hebr. אדיר vertit σωζόμενος. — Syrus vertit ܣܢܝܐ, *oſorem,* quo vocabulo reddiderat v. 7. graecum ἀντίδικον. Sed, vt quod verum mihi videtur, dicam, agnoſcendus eſſe videtur interpretis graeci error, quum fortaſſe ſcriptum erat נמלט quod non *ereptum, ſeruatum,* ſed ſecundum arab. ملط, quod etiam eſt *abripuit, diripuit,* (Vid. *Caſtelli* lex. heptagl. p. 2071.) vertere debuiſſet *diripientem,* ita

vt

vt accurate responderet sequenti κάκοῦντες τ. λ.

Σωτηρία, conseruatio vitae, restitutio sanitatis, 2 Macc. III, 25. „aegrotante Heliodoro pontifex M. obtulit sacrificium ὑπὲρ τῆς τοῦ ἀνδρὸς σωτηρίας. — In versione Symmachi respondet hebraeo מחיה, Genes. XLV, 5.

* Σωτήριος, ὁ, ἡ, salutaris, saluber, conseruandi vim habens. Sap. I, 14. σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, salutaria sunt rerum creatarum genera. Vulgatus vertit sanabiles. Hesychius: σωτήριος· ὁ οὔριος ἄνεμος. Lucian. Deor. dial. T. I. p. 287. ed. Reiz. ἀγαθὴν καὶ σωτήριον λέγεις τὴν τέχνην. Vid. Tit. II, 11.— Deinde legitur etiam 3 Macc. VII, 18. vbi πότος σωτήριος est epulum liberationis ab interitu caussa institutum.

Σωφρόνως, Sap. IX, 11. non est temperanter, vt Bielius vertit, sed sapienter; — σοφία ὁδηγήσει με ἐν ταῖς πράξεσί μου σωφρόνως. Syrus bene ܒܢܟܦܘܬܐ, sapienter. Nam σώφρων proprie est σάος τὴν φρένα, sana mente praeditus, et verba σωφρονεῖν, σωφροσύνη etc. saepissime sapientiam denotant.

T.

Τάλαντον, talentum, Tob. 14. 3 Esdr. VIII, 20. chald. ככר, Esdr. VII, 22.

Τάξις, ordo, locus constitutus, vel officium, partes; 3 Esdr. I, 15. οἱ ἱεροψάλται ἦσαν ἐπὶ τῆς τάξεως αὐτῶν suo loco quo esse debebant. In textu hebr. 2 Chron. XXXV, 15. leguntur מעמד—על; LXX: στάσις. — 3 Esdr. I, 6. ἐν τάξει θύσετε τὸ πάσχα, ex mandato, ordi-

ordine mactatae; in textu hebr. 2 Chron. XXXV, 6. simpliciter est שחטו.

Ταπεινόομαι, proprie *humilio me*; deinde *frangor animo*, et respectu hominum ad Deum, *Deo me subjicio*, *ad meliorem redeo frugem*, (μετανοέω) mitto ὑπερηφάνειαν. Sic aliquoties apud Siracidem v. c. cap. VII, 16. ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου· nam sequuntur: μνήσθητι ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ. — cap. XVIII, 21. πρὶν ἀῤῥωστῆσαί σε ταπεινώθητι, καὶ ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων δεῖξον ἐπιστροφὴν, priusquam aegrotas age poenitentiam, et tempore quo peccata puniuntur (tempore morborum et mortis) emenda animum. Intelligitur inde quomodo ταπεινὸς esse possit *probus*, *pius* v. c. Sir. III, 19. XI, 1. et Cant. tr. puer. v. 64. vbi junguntur ὅσιοι et ταπεινοί. — Eodem sensu hoc verbum legitur Iacob. IV, 10. 1 Petr. V, 6.

Ταπείνωσις, id quo aliquis humiliatur, *calamitas*, *fata aduersa*. Sir. II, 4. ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεως, in vicissitudinibus malorum. ibid. v. 5. *explorantur* ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως i. e. malorum acerbitate. Vid. Sir. XI, 13. XX, 10.

Ταχέως, 1) *celeriter*; 2) *mox*, Sap. VI, 15.— 3) *praemature*, Sap. XIV, 15. πατὴρ τοῦ ταχέως ἀφαιρεθέντος τέκνου εἰκόνα ποιήσας, imaginem filii praematura morte abrepti effingens.— 4) *praepostere*, *temere*, quia quae celeriter fiunt, temere peragi solent; Sap. XIV, 28. ἐπιορκοῦσι ταχέως.

Ταχινὸς, *velox*, Sap. XIII, 2. — *subitus*, Sir. XVIII, 26. πάντα ἐστὶ ταχινὰ ἔναντι κυρίου i. e. omnia simul videt et cognoscit. — Deinde *breuis*, quoniam quae sunt velocia breui

vel

vel adueniunt vel abeunt; Sir. XI, 22. ἐν ὥρᾳ ταχινῇ, breui tempore.

Τάχος. — διατάχους, celeriter, respondere hebraeo רגע in versione alexandrina Ps. VI, 10. non notatum est a Bielio. — 1 Macc. VI, 27. Hesych. διατάχους. συντόμως.

* Τὲ, et, atque, que. Sap. VIII, 19. Ep. Ierem. v. 51. — autem 3 Macc. I, 12. Ep. Ierem. v. 46, 54. — Ante καὶ significat pariter Sap. VII, 16. πᾶσά τε Φρόνησις καὶ ἐργατειῶν ἐπιστήμη. 3 Macc. I, 4. ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς τέκνοις. vid. ibid. v. 20. III, 23. — τε — τε, tum — tum, Sap. VII, 13. ἀδόλως τε ἔμαθον, ἀφθόνως τε μεταδίδωμι.

